

nes alias incommunicabiles superadditas iuxta dicta quæst. 3. art. 1. nu. 42. & 43. nam si esset alio modo communicabilis, & quidem modo substantiali, non posset dici natura per subsistentiam ultimò terminata in sua communicabilitate. Tum quia si partes in toto propriam haberent subsistentiam præsertim positivam, cum humanitas immediatè fuerit unita Verbo, & ea mediante partes, ut docet Scot. 3. d. 2. quæst. 2. sequeretur etiam humanitatem in Verbo propriam habere subsistentiam completam, quia causalitates causarum intrinsecarum nequeunt à Deo impediri, cum ergo subsistentiæ partiales materię, & formæ sint causæ intrinsecæ subsistentiæ compositi sicut materia, & forma unitè impedi nequeunt, quin constituant totum, ita nec earum subsistentiæ partiales, quia constituunt totalem, & adæquatam, & sic humanitas assumpta à Verbo propriam haberet subsistentiam completam à subsistentia partium; aut ergo negandum est partes in toto propriam habere subsistentiam, aut dicendum ipsas quoque esse immediatè Verbo unitas per distinctionem uniusmodi ab humanitate, ut tenent Orvied. loc. cit. Et tandem ponendo totum dicere tertiam entitatem realiter à partibus distinctam, illa tertia entitas est sufficiens subiectum unitis totalis subsistentiæ simplicis, & hæc sola sufficeret, ut tota illa substantia diceretur subsistere eo modo, quo subsistit subsistentia per se subsistere debet, hæc enim de causa Auctores primè opinionis subsistentias partiales multiplicabant, qui negabant totum dicere tertiam entitatem à partibus unitis realiter distinctam; nulla igitur videtur necessitas multiplicandi subsistentias partiales in composito, nisi in sensu, quem docuit disputatio 2. Physicæ cit. quæst. 2. art. 2. ex Doctore quol. 9. ab initio.

155 Sed adhuc dubium remanet de partibus essentialibus separatim existentibus; nam in tali statu propriis gaudeant partialibus subsistentiis; nam ex una parte videtur affirmandum, quia in triduo fuerunt assumpta immediate à Verbo corpus, & anima ab invicem separata, & complebantur per subsistentiam Verbi, quæ loco propriè fuit subrogata, ergo propriam videntur habere subsistentiam in tali statu; ex alia parte videtur id negandum, quia partes essentialis etiam separatim existentes sunt per se ordinabiles ad alterutrum actum; & ad totum essentialiter constituendum; si ergo verum est, quod subsistentia importans incommunicabilitatem alteri, ut supposito, supponit in natura sic incommunicabili alias quoque incommunicabiles nempe alteri, ut subiecto, ut toti, & alteri comparti, adhuc etiam partibus essentialibus separatim existentibus videtur neganda propria subsistentia. Ob id forte posset utrumque probabiliter defendi; adhuc tamen probabilius videtur nec partes separatim existentes propriam habere subsistentiam propriè dictam ob rationem proximè allatam, quia subsistentia non videtur stare posse cum ulteriori communicabilitate essentiali, nam natura sic communicabilis verè neque dici terminata in sua communicabilitate; nec in se sistere, cum possit adhuc alteri parte, quod corpus, & anima in triduo fuerint immediatè Verbo unitæ, mihi multum argere videtur; etiam si ab aliis valde efficax censetur, quia Theologi quum plures docent Verbum potuisse assumere nedum partes essentialis separatim existentes, sed etiam formam accidentalem separatam à subiecto, & videtur ex Doctore deduci 3. d. 22. quæst. un. in fine, & tamen hinc deduci neque accidentem separatam propriam habere subsistentiam; non ergo ex eo, quod aliquid possit utrumque à Verbo assumi, statim deducere, licet, quod propriam habeat subsistentiam, vel suppositivam, & ratio est, quia unio aliquid creatæ entitatis ad personam Verbi potest fieri multipliciter, ut notat P. Bellutus Collegæ meus disput. 3. de Incarnat. q. 4. numer. 56. vel enim fieri potest per modum personationis, ut cum assumitur natura intellectualis, vel per modum suppositionis, & hypostaseos, ut cum assumitur natura irrationalis, vel per modum substantialis iustitiam substantiationis, sine ratione actus, & potentie, ut cum assumitur aliud, quod ex se non est natura immediatè suppositiva, vel subsistere, nisi prout subsistere excludit, non potest per se existere independentem ab alio, ut à subiecto, quo sensu assumitur ad subsistentiam anima rationalis autem materia separata, & ratio unio non esset ad Verbum, nisi per subsistentiam propriam, & rationem officium termini incommunicabilis, sed ut exerceret officium habendi esse independentem ab alio, ut à subiecto, hoc enim largo modo dicitur etiam subsistere, undè tale etiam esse independentem suppleri potest per immediatam unionem ad verbum, quod etiam est hoc pacto independentes; vel tandem unio potest fieri ad Verbum per modum simplicis substantiationis sine ratione actus, & potentie, & sic possunt uniri Verbo omnes formæ materiales tam substantiales, quam accidentales; patet ergo non omne, quod potest assumi à Verbo, statim assumi personatitatem, vel subsistentiam, sed ad talem independentiam, qualis naturæ rei assumptibilis convenire nata est.

156 Potremo queri solet, an subsistentiam, quæ à parte rei distinguitur à natura, conveniat etiam substantiis spiritualibus creatis, seu Angelis (de subsistentia namque sumpta pro per se existentia, ut distinguitur, contra inhærentiam res difficultate vacat) & quidem D. Thomas part. 1. qu. 3. art. 3. aperitè docuit in his, quæ non

sunt composita ex materia, & forma non differre suppositum à natura, idem dixit 3. distinct. 5. qu. 1. art. 2. idemque Hurcudus disputatio 11. Metaphysicæ 4. descendit, ut probabile in Angelis suppositum à natura non distingui, & Quidem, controv. 6. Metaphysicæ punct. 2. §. 9. inquit facile non esse ex distinctione suppositi à natura in homine inferre eandem distinctionem in Angelo, nam ex eo, quod in homine natura consistit ex materia, & forma non inferret eadem compositio in natura angelica, ergo ex eo, quod suppositum humanum dicat compositionem ex natura, & subsistentia, non inferret eadem compositio in supposito angelico. Tum quia totum motivum distinguendi subsistentiam à natura, ut sepe dictum est; habentis ex mysterio Incarnationis, sed hinc tantum immediate inferri potest talis distinctio in supposito humano, non autem in angelico; undè tandem concludit, saltem esse possibile naturam spirituales, quæ secum realiter subsistentiam habeat identificantem.

157 Sed quicquid sit de substantia spirituali possibili, certum est, se debet illam, quæ de factis creata esse habere suam subsistentiam realiter naturæ superadditam, & non minus in illa distinguere suppositum à natura, quam distinguatur in homine, aliquidque materialis subsistentiis, & sic omnes Theologi passim ponunt, & præsertim Doct. 3. d. 1. q. 1. & d. 2. q. 1. art. 2. & probant communiter, quia natura angelica non minus est assumptibilis à Deo, quam humana; ergo sicut ob talem assumptibilitatem conclusa est in specie humana distinctio suppositi à natura, quia assumpti naturam, & non suppositum, ita quoque concludi debet in angelica; probatur assumptum primo auctoritate D. Pauli ad Heb. 2. ubi commendans beneficium Incarnationis in nos inquit, quia nunquam Angelos apprehendit, sed semen Abræam apprehendit, planè per hoc supponens potuisse Verbum naturam angelicam assumere, sicut assumpti humanam, si voluisset; tum etiam ratione, quæ de facto anima rationalis, quæ est natura spiritualis, in triduo mortis Christi manifestè immediatè unita Verbo; ergo si anima rationalis, quæ est substantia spiritualis incompleta, subsistentiam habet tuo modo superadditam, ut communiter agunt, ratione cuius vocatur assumpti à Verbo, tanto magis eam habebit Angelus, qui est substantia spiritualis completa. Cons. quia subsistentia illa non convenit nature humanæ ex speciali sua ratione, quia materialis sit, & corporea; sed potius ex generali quadam ratione sibi communi cum Angelis, ergo ex distinctione suppositi in natura humana, optimè potest inferri distinctio etiam in angelica; antecessus est Doctores quol. 9. ab initio, ubi eodem modo de iure de supposito angelico, & materiali, & ait ex eodem medio communi concludi subsistentiam propriè dictam de igne, sicut de Angelo, immò de quocumque, quod est completè in aliqua specie substantiæ, nam Angelus est perfectus in specie perfecta, immò perfectior, quam sit aliqua species substantiæ materialis; si ergo aliqua substantia materialis est ita in actu ultimo, quod non est per se ordinabilis ad aliquem actum ulteriorem, alioquin posset esse processus in infinitum in substantiis materialibus, ut quælibet posset esse pars alterius, multo magis Angelus est per se subsistens secundum intellectum prædictum; ita Doctores ibi.

158 Ad rationem dubitanti in oppositum in primis dicendum non deesse Auctores graves, qui in Angelis quoque admittant compositionem ex materia, & forma spiritualibus iuxta probabilem doctrinam Seraphici Doctores 2. d. 3. p. 1. art. 1. quæst. 2. quam defendit Cavell. in lib. de anim. qu. 11. Deinde in communi sententia talem physicam compositionem in Angelis non admittente negaridebet paritas de compositione ex materia, & forma, & ex natura, & subsistentia, nam in substantiis materialibus compositionem ex materia, & forma arguimus præsertim ex earum corruptibilitate, quæ cum in Angelis non reperitur, consequenter deducimus huiusmodi spirituales substantias physica compositione ex materia, & forma carere; at non sic est de compositione ex natura, & subsistentia, nam ex medio communi arguimus tam in natura materiam, quam spirituales subsistentiam ejusdem rationis, ut dictum est ex Scoto quol. 9. & consequenter eandem compositionem naturæ, & subsistentiæ in utraque naturam affirmare debemus. Ad aliud negamus ex mysterio Incarnationis deduci tantam distinctionem suppositi à natura in materia de ducatur tantum in eo, consequenter tamen rectè deducitur etiam in qualibet alia substantia in natura, cum quælibet sit æque assumptibilis à Deo, sicut alia; alioquin si argumentum valeret; nec etiam in aliis subsistentiis materialibus præter humanam distinctio suppositi à natura admitti deberet. Neque D. Thomas apostolicam sentit, liquidum 3. part. qu. 4. art. 1. ad 3. expresse docet angelicam naturam ita esse à Deo assumptibilem, sicut humanam; & per unionem hypostaticam posse privari propria substantia: locum verò in oppositum citatum benigne interpretant Expositores ejus, ut scilicet per suppositum intellexerit individuum, quod utique à natura reipsum non distinguitur. Ceterum tamen 3. p. qu. 4. art. 2. fatetur S. Thom. ex loco vero de supposito in proprio sensu esse locutum, & in naturis spiritualibus negare distinctionem suppositi à natura, res tamen maturius considerata in 3. p. ubi artem propriis hujus materie locus, se correxisse, & illud dictum retractasse.

DISPUTATIO XII.

De Accidente, ejusque inhærentia.

Post disputationem de substantia, ejusque subsistentia, sequitur immediatè disputatio de Accidente, ejusque inhærentia; & sicut præcedens disputatio non de substantia sive sumpta pro quocumque subsistentia in se existentia, sed specialiter pro ente, quod per se existit, & subsistit, quo pacto est pars quadam subiectiva entis realis, ita pariter præsens disputatio instituitur non de accidente sive sumpto pro quocumque predicata extraneo ab essentia rei, & alio modo predicabile, nam de ipsa cumulatè tractatum est in Logica, sed specialiter sumpto pro ente, quod non per se existit, & subsistit; sed alteri vel subiecto inhiæret, & inhiæret, quo pacto dicitur esse accidentem predicamentale, & est pars quadam subiectiva entis contradistricta à substantia, quæ primum constituit prædicamentum; integram quidem feci disputationem de forma accidentalis in Physica, nempe disputat. 3. in qua tractavi quocumque spectans ad illam, ut est principium mutationis accidentalis, atamen non e us essentia est ibi declarata, sed hic in Metaphysicæ referata, ut in proprio loco, hoc enim spectat ad Metaphysicam vestigare, sicut illud ad Physicam, licet multa ibi tractaverim, quæ hic ab alio tractari solent; hic ergo ea, quæ magis ad essentiam accidentis spectare videntur, tractabimus, cetera verò erunt in dicta Disputatione 3. Physicæ videnda, ut plena, & exacta accidentis cognitio habeatur.

QUESTIO PRIMA.

De accidentis sit ens simpliciter propriam habens existentiam, ac prædicat à substantia realiter distinctum.



Accidens sit ens simpliciter propriam habens existentiam, ac prædicat à substantia realiter distinctum. Accidens, ut à substantia distinguitur, definitur solet, quod sit ens subiecto inhærens, quæ quidem definitio est in omni schola recepta, & quidem per inhærentiam ad subiectum non significatur qualicumque modus existendi in subiecto, nam etiam forma substantialis est in subiecto, & à subiecto dependet in suo esse, si fuerit materialis, sed denotatur motus ille accidentalis existendi in subiecto, qui est ita proprius accidenti, ut nec subsistendi completa, nec partibus eius convenire possit, qualis autem sit iste motus inessendi accidentalis, & quomodo differat à modo inessendi substantiali, declaratum est satis, qu. 1. præcedenti disputatione numer. 19. Rursus cum dicitur accidens ens subiecto inhærens, non debet intelligi de actuali inhærentia, & unione ad subiectum, quia accidentia absoluta sine tali inhærentia possunt existere per potentiam Dei absolutam, ut patet in questione secunda, nec etiam de inhærentia aptitudinali, ut passim solet explicari, nam talis aptitudo potius est passio accidentis, quam differentia essentialis illius constabit loc. citat. sed debet intelligi de inhærentia radicali, adeoq. radice, seu principium existentiam talis aptitudinalis sit essentia, & ratio formalis accidentis; quæ definitio amplius patet ex dicendis.

Ex hoc autem, quod accidens dicitur ens alteri, ut subiecto, inhærens, oritur questio proposita, hinc enim dixerunt aliqui accidentis esse intrinsecè, & essentialiter ens, sed tantum per denominationem extrinsecam à substantia, ut Aegidius 4. Metaphysicæ questione 7. Julius Serrin. disputatione de subiecto primæ Philosophiæ sectione 2. capit. 20. alii verò Thomistæ, esse concedunt accidentis esse intrinsecè, & essentialiter, ens, adhuc tamen negant posse dici ens simpliciter, & absolute, sed dicunt, esse ens secundum quid, vel ens cum addito, ut ens in alio, vel ens entis, quod etiam docet Alensis 7. Metaphysicæ quæstionum in textu decimo quarto ita Scotus in prædicament. capite quarto questione. 1. conclusion. 3. Javellus 7. Metaphysicæ questione. 2. in fine Hac eadem de causa nonnulli Thomistæ negant accidenti propriam existentiam, ajuntque existere existentia substantiæ; ita idem Scotus 1. Physicæ questione 6. undè, & quidam auct sunt dicere per Eucharistiam remanere eandem existentiam substantialem panis; & vini, quod, & probabile cenet Baues part. prima questione quarta dub. 2. articulo 2. ad 3. Demum circa distinctionem accidentis à substantia dicunt Recentiores opinio non esse, quod ab eis distinguitur realiter, ut res à materia licet ita distinguatur accidentia absoluta, ut quantitas, & qualitas à substantia, quia mutuo possunt separari, ac separata existere, alia tamen accidentia, quæ dicuntur modalia de ceteris prædicamentis, non sic distinguuntur ab ea, sed tantum modaliter, quia licet substantia possit ab eis separari, & separatim existere, non tamen hæc accidentia possunt existere sine illa, ut patet de omnibus accidentibus relativis, quod quidem genus distinctionis apud Recentiores dicitur distinctio modalis, non quidem illa modalis intrinsecæ Scotius conclusa, hæc enim illi non agnoscunt, sed modalis extrinsecæ, de quorum diffinitione dixi disputatione 6. Metaphysicæ questione 10. ita discurrit Averis cum communi Recentiorum questione 21. Philosophiæ section. 9. ubi etiam ab initio sectionis refert Ferrar. 2. contra Gentes cap. 18. sensibile non oportere accidens à parte rei esse distinctum à substantia, sed posse inveniri accidens sola ratione distinctum, cui adhuc conveniat inhærentia, quæ dicitur essentialiter accidentis.

Pro resolutione quæsti Dico Primum accidens esse intrinsecè, & essentialiter ens, ac proutè posito in hoc sensu, ac debere dici ens simpliciter, & absolute, licet in alio sensu dici

possit ens secundum quid, & cum addito. Conclusio est communis apud omnes probatos Auctores, quam docet Doct. 4. d. 12. questione. 1. & indiget potius declaratione, quam probatione, & quidem quoad primam partem, quod accidens sit intrinsecè, & essentialiter ens, probatur evidentiissimè, nam ens reale, ut sic, dicitur illud, quod verè, & realiter est, aut talem esse potest in rerum natura citrà quancumque intellectus operationem, per hoc enim fecerunt à nihilo, & ab ente rationis, quod autem sit in se, vel in alio pertinet ad peculiare modos essendi realiter; ergo per hoc, quod accidens fit in alio velut in subiecto, non ob id definit esse ens, vel excluditur à formali ratione entis, immò non possit esse verè, & realiter in alio, nisi verè, & propriè esset, Cons. quia ab Aristot. ens reale verè dividitur in substantiam, & accidentis, itaque aliud ens est substantia, aliud accidens, & est divisio univoca in univocata, ut constat ex dictis disput. 8. quæst. 1. num. 22. quia ens univocè dicitur de substantia, & accidente ut latè probatum est disp. 2. de natura entis qu. 5. & licet aliqua interveniat analogia, non tamen talis est, quæ univocacionem excludat, ut ibi ostenditur; ergo re vera accidentis ens intrinsecè, & essentialiter, & in hoc sensu etiam accidens dici debet simpliciter, & absolute ens, quia cum omni proprietate illud dicitur simpliciter, & absolute tale, quod intrinsecè, & essentialiter actionem illius includit.

Quia tamen accidens participat intrinsecè rationem entis per dependentiam à substantia, & per attributionem ad illam, ut pluribus in locis docet Philosophus, hoc pacto dici potest ens secundum quid, & entis ens, ut sit quidem verè, & propriè ens, sed essentialiter pendens ad aliud, undè cum dicitur ens, secundum quid in hoc sensu, illa particula non est distractiva entitatis ad accidentem, quasi accidentis non participet verè, & essentialiter rationem entis, sed diminutiva perfectionis gradibus entitatis, quatenus deficit à perfectione entitatis substantiæ, undè dicitur ens secundum quid, non in se, & absolute consideratum, sic enim potius dici debet ens simpliciter, sed in comparatione ad substantiam, ut dicit d. 2. de natura entis 9. n. 111. & 124. & seqq. & hoc modo rem explicat Arist. ipse 7. Metaph. tex. 14. quod nempe ob talem analogiam, & dependentiam accidentis à substantia in participanda entis ratione substantia dicitur ens simpliciter, accidens verò secundum quid, & cum addito Quomodo enim, & ipsum est, inest quidem omnibus, non tamen similiter, sed hinc quidem primò; illis verò consequenter, quasi dicere velis, quod ratio essendi essentialiter quidem convenit omnibus per denominationem intrinsecam, sed prius substantiæ, & consequenter auct. entibus undè cum Arist. appellat accidens non absolute ens, sed cum addito, quia entis; & cum accidentia non esse per se entia, sed passiones, & affectiones entis, scilicet substantiæ 7. Metaph. 2. & 3. lib. 12. tex. 13. per has, & consimiles loquendi formulas nil aliud significare intendit, nisi ordinem essentialium accidenti ad substantiam, ut explicat Doct. cit. 4. d. 12. qu. 1. id tamen non impedit, quin possit in alio sensu accidens dici ens simpliciter, & absolute per suam intrinsecam entitatem, cum creatura quoque dicitur simpliciter, & absolute ens, etiam intrinsecè non participet esse, nisi dependenter à Deo, & per subordinationem essentiali ad primam ens.

Ex hoc etiam eodem modo explicuit Alensis cit. intentionem Philosophi in prælo tex. 14. lib. 7. Met. quia quando (inquit Alensis) commune dicitur analogice de aliquibus, simpliciter, & sine additione prolata, intelligitur semper de eo, quod est præcipuum tota analogia; cum ergo ens dicatur de decem predicamentis secundum prius, & posterius, si sine additione proferatur, semper intelligitur de substantia, cum addimento autem de aliis prædicamentis, & hoc est, quod dixit Philosophus, quod qualitas est ens, sed non ens simpliciter, & sine additione, sed ens, quod est qualitas, qui etiam adungi potest doctrina Scot. 2. d. 1. q. 5. §. quod si adhuc, ubi notat ens reale verè, & propriè dividi in decem prædicamenta, non tamen omnia, in quæ dividitur ens, esse æque perfecte.

perfecta entia, quia qualitas respectus substantiæ potest dici modus, & tamen in se est vera res; hæc igitur quoque de causa substantia dicitur ens simpliciter, nec non absolutè, accidentia verò cum addito, quia licet in se sint vera entia, tamen comparatione substantiæ induunt rationem modi, & per hanc doctrinam explicantur omnes Arist. auctoritates, quæ solent à Thomistis adduci contra hanc conclusionem, quæ sigillatim solutas, & explicatas videre potes loc. cit. disp. 2. de natura entis q. 3. art. cum adduceretur contra univocationem entis ad substantiam, & accidentis.

7. At inlat. Javell. loc. cit. accidentis in abstracto non est ens per se subsistens, nec potest concipi per se subsistens, qui enim sic conciperet accidentis in abstracto, esset, ac si conciperet ideam Platonis abstractam per se esse, quæ foret conceptio falsa, solum ergo habet esse in alio, & concipi potest solum in alio, ergo non est simpliciter ens, sed solum ens secundum quid, seu in alio. Respondet Doctor 4. dist. 22. qu. 1. quod nulla forma potest habere conceptum perfectum quærativum nisi intelligatur illud, cuius est forma, definitio autem exprimit conceptum perfectum definiti, & ideo quantumcumque essentialia forme exprimentur sine illo, cuius est forma, quævis quidditas eius indicatetur, tamen non esset conceptus perfectus quietans intellectum, & ideo nec definitivus, potest ergo accidentis concipi à subiecto præcisum secundum prædicationem essentialia, & per conceptum præcisum quidditativum, & tunc conciperetur non quidem, ut subsistens per se ad modum Ideæ Platonis, quia non conciperetur cum repugnantia ad esse in alio, qualem habet, id quod concipitur esse per se subsistens, sed conciperetur præcedendo ab inhærentia cum alio præsertim actuali, verum tamen est, quod ille conceptus esset imperfectus, quia non esset quietativus. Et quando etiam concederetur nullo pacto concipi posse, nec quietativè, nec quidditativè sine alio, sed opus esse, quod concipitur in alio actualiter, vel saltem aptitudinaliter, adhuc hinc non bene deduceretur, quod propria entitatem non haberet, sed solum, quod cum habeat, cum dependentia iam explicata ad substantiam, & cum proprietate ad existendum in ea.

8. Dico 2. omne accidens habet propriam existentiam distinctam ab existentia substantiæ. Hæc conclusio est Doctoris citat. 4. d. 22. quæst. 1. §. hic dicitur, & debet esse indubitata præsertim apud eos qui existentiam ab essentia realiter non distinguunt, ut dictum est disputatione 8. quæst. 4. si enim existentia aliud non est realiter, quam ipsa realitas, & actualis rei entitas, planè dum accidentia actu sunt extra causas, & in rerum natura, etiam non per se subsistunt sed in alio, a qualem suam entitatem habere debent ab actuali entitate subiecti distinctam, & consequenter eandem quoque retinere casu, quo per miraculum à Deo separarentur a proprio subiecto. Imò hoc ipsum fateatur meliores Thomistæ, etiam si existentiam distinguunt realiter ab essentia cum Cajetano de ente, & essentia capit. 7. ut est videre apud Plandrium 7. Metaph. quæst. 1. artic. 5. ubi hoc multiplici probat ratione, sed præsertim illa, quæ mihi videtur evidentiissima, implicat aliquid corrupti suo proprio esse remanente, quia illud, quod corrumpitur, poliquam corruptum esse, non amplius est, cum corruptio terminetur ad non esse, unde asserere aliquid corrupti, & post ejus interitum ad hoc ejus existentiam remanere, est dicere aliquid simul corrupti, & non corrupti, quod implicat in terminis; sed manifestum est ad sensum aliquod accidens corrupti subiecto ejus, in quo erat, remanere; ergo esse illius accidentis non remanet, esse illius subiecti remanente, cum ergo non sit eadem res, quæ remanet in esse, & quæ definit esse, sequitur, quod non est idem esse existentie substantiæ, & accidentis. Et quamvis Suarez disp. 31. Metaph. sect. 11. dicat distinguentes realiter existentiam ab essentia difficultè probare posse, quod accidentia gaudeant propria existentia, unde ad argumentum modo factum dici posset nullam sequi contradictionem, quia licet accidente corrupto ejus existentia remaneat, non sequitur non esse corruptum, quia non existebat existentia propria, sed aliena, scilicet per existentiam subiecti, quamvis, inquam, res ita se habeat, partem nostram id refert, videntur ipsi Thom. si consequenter loquantur ad ista principia, scilicet nobis prædictam rationem concludere in sententia communi non distinguente existentiam realiter ab essentia, aliam rationem ad hoc ad ux. ex Scot. cit. disp. 8. qu. 4.

Sed obicitur, quia accidentis non est ens, nisi quia entis, id est substantiæ, quod non esset verum, nisi idem esset esse entis, quod est substantia, & ipsius accidentis. Deinde accidentis esse est in esse, id est esse in alio, seu esse per alium, ergo non existit per propriam existentiam, sed per alienam. Rursus, quia simul productur, habent unum esse, quia productio terminatur à existentia rei, & accidentia simul cum substantia producantur. Demum relatio est eadem reale, & tamen propriam existentiam non habet, quia si eam haberet, posset saltem per Dei potentiam sine extremis esse, & conservari, sicut ob id conservari potest accidens absolutum.

9. Resp. accidens dici ens, quia entis, non quia substantiæ, & accidentis sic idem esse realiter, sine eadem existentia, seu quia esse existentia accidentis præsupponit esse existentie substantiæ, & ideo a Jacobo Doctor 4. distinct. 22. quæst. 1. litter. G. quem sequitur Socinus 7. Metaphysicor. quæstion. 1. cum dicitur accidens esse ens, quia entis, hoc non intelligitur in ratione principii formalis, seu efficientis, & subiectivi, quatenus nimirum accipitur ad substantiam in genere causæ efficientis, & materialis. Ad 2. accidentis esse dicitur in se, non actualiter, sed aptitudinaliter,

quatenus accidens aptum est inherere alteri, seu habere suam existentiam alteri innixam, non autem quia debet existere per existentiam alteri. Ad 3. majorem distinguo, si producatur simul eadem indivisibili actione concedo, si verò dicatur simul producti, sed diversè actionibus inter se connexionem habentibus, quia ita autem est in proposito de substantia, & accidentibus, quæ substantiam naturaliter concomitantur, in aliis autem accidentibus propriis adventitius est etiam falsa minor, quia substantiæ etiam duracione præexistit ab extrinseco adveniant. Ad 4. etiam relatio, sponitur accidens ab extremis reip. condistinctum, propriam existentiam habere censenda est ab existentia subiecti condistinctam; licet ob peculiarem suam conditionem sine subiecto, & etiam termino exilire repugnet, neque hinc sufficiens argumentum deducitur ad negandum relationi propriam existentiam, nam etiam in sententia nostra tota partibus distinguuntur, utique totum propriam habet existentiam aliam ab existentia partium, sicut & aliam entitatem, esse non possit existere sine partibus, vel ut exemplo utar ab omnibus concessio, creatura propria habet existentiam realiter ab existentia Dei distinctam, & tamen nequit existere, vel conservari sine Deo, potest igitur esse, ut aliqua dea diversæ utique habeat existentiam, & adhuc existentia unius separari nequeat ab existentia alterius ob peculiarem connexionem, quam inter se habeat ex innata eorum conditione, mutam, vel non mutam, sed quia de hoc etiam tradidit d. s. c. q. ad alia perag. l. iter distinguo; Hæc quoque assertio communis est, & quidem quod non sufficit sola rationis distinctio, satis exploratum est, quia substantia & accidentis ita inter se distinguuntur, ut possit substantia separari ab hoc, & illo accidente naturaliter, vel saltem supernaturaliter; ergo major distinctio inter ea veratur, quam rationis, etenim sola rationis distinctio ad talem separationem, vel separabilitatem sufficiens non est. Tum quia talis distinctio sufficere possit inter substantiam, & accidentis sumpsum pro extraneo ab essentia rei, quo sensu differentia dicitur accidentis generi, quod solent dici accidentis metaphysicis, & prædicabile, non tamen sufficit, si accidentis sumatur physicè pro eo, quod alteri inheret, vel subiecto, & dicitur accidens prædicamentale, nam talis inherencia est quidam respectus realis, qui versari potest inter extrema realiter distincta. Unde, quod sola ratio ab alio distinguatur, non proprie illi inherere dicitur. Deinde, quod realis distinctio intercedat inter substantiam, & accidentia absoluta, sunt quantitas, & qualitas, cum omni proprietate, qualis est illa, quæ versatur inter rem, & rem, concedunt omnes, quia mutuo possunt separari, & separata exilire saltem per potentiam Dei absolutam, ut patet in eucharisticis accidentibus, & quamvis Nominales id negent de quantitate, id est, quia nolunt esse aliquid substantiæ corporeæ superadditum, si enim concederent ipsam esse accidens superadditum substantiæ, illico concederent etiam esse realiter ab ea distinctam, ut dicunt de qualitate; ergo nequit negari accidens absolutum esse à substantia realiter, ac entitativè distinctum.

11. Sola remanet difficultas de accidentibus substantiæ, quæ à Receptoribus accidentia modalia vocantur, quia enim substantia licet possit ab eis separari, & separata existere, non tamen e contra, ideo dicitur talem distinctionem ex natura rei inter ea remanere, non esse dicendam realem, sed modalem dicitur, & qualis vocari solet, quæ versatur inter rem, & modum; Ceterum, inquit Doctor quolib. 9. art. 1. & c. d. i. qu. 5. §. quæst. h. ad huc, hæc esse puram quæstionem de nomine, utpote quæ pendet ex varia acceptione terminorum rei, & modis distinctionis realis, & modalis; inquit enim accidentis relativum posse dici rem, & modum, rem quidem, quatenus essentialiter cadit sub divisione entis realis, & omne tale est res, seu ens reale, potest verò dici modus, quatenus est imperfecta entitas ad quamcumque absolutam comparata per se existere non potens, sed necessarii illi inherens, & assixa, ut modus rei modificatæ per ipsam, scietiam, si realis distinctio sumatur in proprio significato pro ea diversitate, quæ inter aliqua duo reperitur, quorum unum potest sine alio existere, sive id mutuo contingere possit; sive non, in hoc sensu debent dici realiter distinguo; si verò magis rigorosè sumatur pro ea diversitate, quæ inter duo reperitur quorum alterum sine altero recipere potest existere, non dicitur realis, sed modalis, verum quia hæc secunda acceptio realis distinctionis est voluntaria, quia, ut aliqua duo realiter distincta cum omni prioritate dicantur, sufficit ut unum possit ab alio separari, nec non sine eo existere, sive id mutuo contingat, sive non, præsertim dicere, substantiam, & accidentis relativum esse realiter distincta absolute loquendo, & ratio est, quia ex hoc, quod accidentis relativum sine substantia existere nequeat, non est contra, non bene infertur, quod non sint mutuo realiter distincta, sed tantum, quod non sint mutuo realiter separabilia cum retentione propriæ existentie, quod distinctioni reali merè accidit, quod sufficere potest hoc constitutur, quod unum possit esse sine alio, quomodo cumque id contingat, sive mutuo, sive non mutuo. Denique superius disp. 6. quæstion. 10. ostendi distinctionem hanc modalem Receptorum fecerunt quidem à distinctione rationis, ac etiam à distinctione nostra formali, non tamen confluere speciem disparatam, & condistinctam à distinctione reali, sed ad ipsam pertinere, & reduci ergo simpliciter, & absolute loquendo etiam accidentis relativæ, sive modalis poni debent à substantia realiter distincta; & hæc

& hæc ratione disputatione 5. Phys. quæstion. 9. dixi unionem substantialem realiter a partibus distinguo, & univocaliter omnem relationem prædicamentalem à fundamento disputat. 8. Log. quæst. 3. artic. 1.

12. Quæri hic etiam solet, an accidens sit forma simplex, vel potius compositum ex materia, & forma; Respondet Doctor 8. Metaphys. quæst. 1. & cum eo Aristot. And. quæstion. 5. & Faber dist. 8. quæst. 5. §. 7. *Præter opinionem meam modicum*, & quidem quod nam in prædicamentis accidentium assignantur gradus genericis, specificis, ac differentiales, sicut in prædicamentis substantiæ, quod verò non sit physicè compositum nimirum ex materia, & forma, probat, quia tunc albedo, verbi gratia non posset se tota informare subiectum; ergo talis compositio accidentis repugnat, consequenter patet, quia accidentis à natura definitum est, ut se toto sit forma alterius, scilicet substantiæ; probatur alioquin, quia licet albedo esset informativa ratione illius partis essentialis, quæ est actus, id tamen repugnetur ei ratione alterius, quæ est potentia, & quidem materia est potentia omnino passiva, & informabilis, & nullo pacto rationem informativam potest habere. Tum quia si pars materialis in accidente posset informare, tanto magis in substantia; cuius pars materialis est substantia, ac proinde perfectior materia accidentis: Immo neque albedo posset informare subiectum ratione partis actualis, & formalis, quia illa pars formalis est adæquata actus, & forma materis sue accidentalis, ergo non potest formalis, & semel informare subiectum substantialem, aliter non esset actus iuxta materiam adæquatam, quæ etiam ratione probatur Doctor 2. d. 16. qu. un. §. *Alia opinio*, animam rationalem non esse ex materia, & forma compositam, sic etiam expressè docuit Aristotel. 8. Metaph. 12. ubi habet, quod accidentia non habent materiam ex qua, sed tantum in qua & idem habet Auctor. lib. 6. princ. ubi ait accidentis esse formam simplicem.

Obicitur, accidentis esse definibile; ergo constat ex materia, & forma, ex quibus definitio constat 8. Met. tex. 9. Tum 2. est generabile, & corruptibile, ut patet omne autem tale constat materia, & forma, quia materia est causa corruptionis 7. Metaph. 22. Tum 3. omnis motus est ad aliquid per se terminum totalem; ergo alteratio 9. calefactio aliquid talem terminum habere debet, hic autem nequit esse 9. gr. aqua calida, quia hoc est ens per accidens, & ergo erit ipse calor ex materia, & forma compositus. Tum 4. si accidens esset forma simplex, tunc esset perfectus substantiæ, quia simplicitas est perfectio simpliciter, quæ tribuitur Deo. Tum 5. quia compositum substantialem esset magis causatum, & dependens, quia à causis intrinsecis, quam accidens, dependens autem à toto genere est intrinsecè independente, ergo substantia etiam ex hoc capite esset imperfectior accidente. Tum tandem, quod cum alio realiter convenit, & ab eo realiter differt, est compositum ex duobus, in quorum altero convenit, & per reliquum differt, albedo, & nigredo realiter conveniunt in ratione coloris, & realiter differunt rationibus propriis specificis, ergo &c.

13. Resp. ex Scot. cit. negando consequentiam, neque Aristot. cit. ait definitionem constare ex partibus, quarum una sit materia, & alia forma, sed quod una se habeat, ut materia, scilicet genus, & alia, ut forma, scilicet differentia, quod infert in accidente compositionem tantum metaphysicam, quo autem sensu genus dicitur sumi à materia, & differentia à forma, dictum est disputatione 5. Log. qu. 3. artic. 2. Ad 2. ait Doctor accidens esse generabile, & corruptibile, non quidem tamquam compositum, sed sicut generalis, & corruptibilis dicitur omnis forma substantialis materialis, & quidem materia nedum est causa corruptionis compositi, quod intrinsecè constituit, sed etiam formæ, quam sustinet; eo quia respectu ejus est in potentia contradictionis ex 9. Met. ideoque cum ea contingentem, ac dissolubilem habet connexionem, alioquin argumentum probaret formam quoque substantialem esse ex materia intrinsecè compositam; hæc igitur eadem ratione accidentalialis forma dicitur corruptibilis, quia cum subiecto suo necessarium non habet connexionem, & ulterius quia ipsa habet contrarium extrinsecum, à quo expellitur, & insidet subiectum, quod est corruptibile, cum ejus immediatum subiectum sit compositum, & non materia prima ex dictis disp. 3. Phys. qu. 1. quod non competit forma substantialis. Ad 2. iam dictum est disp. 5. Phys. qu. 1. art. 2. in fin. quod mutatio accidentalialis non dicitur per se una à termino primo, & adæquato, quemadmodum mutatio substantialis, quia nullus talis acquiritur per mutationem substantialem, sed dicitur per se una à termino formali, & si talis dicitur à termino adæquato, hic erit forma ipsa accidentalialis in concreto, ut calefactio calidum, quod sic acceptum est per se unum, quia non ex æquo significat aquam, & calorem, & de principali significato dicit calorem, & de connotato subiectum.

14. Ad 4. si argumentum valeret, probaret pariter tum materiam, tum formam esse composita substantiæ perfectiori, quod est falsum, inquit itaque Doctor argumentum petere magnum tractatum quo modo illud, quod est simpliciter perfectioris non semper concludit illud esse simpliciter perfectius, in quo est excellentius illud, sed tantum secundum quid; hæc autem doctrinam directam tradit d. s. q. 1. ad p. ubi etiam hoc argumentum solvit in terminis applicatum ad materiam primo negando simpliciter materiam dicere perfectiorem simpliciter, quia simplicitas, ut dicit per

fectionem simpliciter, excludit à simplici nedum compositionem, sed etiam compositibilitatem, quam non excludit simplicitas materis; deinde admisso etiam quod simplicitas materia dicit perfectiorem simpliciter, adhuc negat esse nobiliorem composita, quia quando sunt duæ naturæ habentes peculiare, & diversæ perfectiones, illa nobilior censeri debet, cui convenit perfectio aliam excedens à toto genere, ad rem actualitas est perfectio simpliciter, & simplicitas est perfectio simpliciter, composita autem convenit major actualitas, licet non major simplicitas, quanta competit composito, simpliciter autem, & absolute loquendo actualitas est perfectior simpliciter, & ita simpliciter perfectior potest esse illud, cui convenit actualitas sine simplicitate; quam illud, cui convenit simplicitas sine actualitate, ita Doctor loc. citat. quæ tota responsio quadrat proposito nostro, nam vel negandum est simpliciter accidentis dicere perfectiorem simpliciter, quia non excludit compositibilitatem cum alio, immò neque actuale compositionem metaphysicam, vel si concedatur dicere perfectiorem, adhuc neganda est consequentia, quia substantia composita est actualior accidente, cum sit ultimus actus ulterius omnino incommunicabilis alteri per modum adus, & actualitas à toto genere simplicitatem antecellit, & per hanc doctrinam patet etiam ad 5. quia actualitas, quæ convenit substantiæ composito, præstat à toto genere independentiam, quam habet accidens à causis intrinsecis, quia talis independentia accidentis non fiat cum tanta actualitate, quantum habet compositum, quod nequit esse adus alterius, vel aliud informare, nec per se, nec per accidens, ut Scotus ostendit quolibet 9. cui accedit hoc quoque argumentum probatum, si quid concluderet, tam materiam, quam formam, esse composita substantiæ perfectiori, quia minus dependetia. Ad ultimum ait Doctor ad salvandam convenientiam, & disconvenientiam realem perfectioris accidentis sufficere compositionem metaphysicam ex realitatibus generis, ac differentia.

QUESTIO II.

Quid sit, & quotuplex inhærentia accidentis.

15. Inhærentia est unio, quæ accidens copulatur, vel aptum est copulari subiecto, à quo dependet in suo esse, fieri, & conservari, & sicut duplex assignari, una actualis, altera aptitudinalis, prima est, quæ accidens de facto, & actualiter inheret subiecto, altera est, quæ dicitur aptum inherere, seu existivum in hæziosis, etiam si actualiter non inheret, sed per se existat, ut dicitur de accidentibus in Eucharistia, ipsa passim omnes, & consentit Doctor 4. dist. 12. qu. 1. sed circa utramque inhærentiam est difficultas, quid dicant, non scilicet superadditum aliquid entitatis accidentis aliquo pacto ex natura rei condistinctum ab ea, vel nihil prorsus. Circa inhærentiam actualem, sicut negant Nominales unionem substantialem esse modum aliquid positivum materis, & forme intimè præsentibus superadditum, sic pariter loquuntur in proposito de inhærentia actualis accidentis, ad subiectum, quod nihil omnino addat accidenti, & subiecto indivisi, ac intimè præsentibus, volentes formam, & subiectum, immediate seipsis uniri, & non per aliquid superadditum, & sic inter alios Nominales enixè tuetur Rub. 4. d. 12. q. 1. art. 2. Alii verò extra scholam Nominalium, esse gratis concedant inhærentiam actualem esse aliquid superadditum forme accidentalis, & subiecto, mediante quo dicunt uniri, & copulari, nec tamen inhærentiam aptitudinalem quiddam prorsus addere etiam formaliter aptitudinalem quiddam ipsa accidentis entitate, & essentia, ita passim loquuntur Thomistæ, dum accidens definiunt per inhærentiam aptitudinalem, eamque ponunt de essentia illius; sic etiam sentit Apenius 7. Met. qu. 7. in tex. 5. sequitur Averr. q. 2. Phil. sect. 1. concl. 3. ubi inquit re vera addi non debere supra essentiam accidentis, aut excogitari aliam aptitudinem, & potentiam proximam ad inherendum ad essentia accidentis distinctam, & essentia, quia nulla est necessitas, vel utilitas eam constituti, quia optime intelligitur ipsum accidens proxime per suam essentiam esse aptum ad inherendum, & hanc aptitudinem esse essentialis eius rationem, & sic etiam valde probabilè indicat Ponc. disp. 13. q. 1. n. 12. ubi ait nunquam ubi placuisse, quod denum nulla ratio efficax ad hoc offerri potest.

16. Dico Primum, inhærentiam actualem esse modum positivum reip. superadditum accidenti præsertim absoluto, nam de relectivo dicemus postea, & ab eo realiter, vel saltem modister distinctum, ut solet distinguere modus extrinsecus a re, cuius est modus, ita Doctor 4. dist. 12. quæst. 1. cum suis, quæ conclusio est quoque communis extra scholam Nominalium, & probatur eisdem omnimodis rationibus, quibus probatum est disputat. 5. Phys. quæstion. 8. artic. 2. unionem substantialem aliquid superaddere partibus indivisibilibus contra Nominales, quarum præcipuum applicando ad propositum sic potest argui, quia potest accidens absolutum à subiecto separari per Dei potentiam, & sine inhærentia ad illud conservari, ut hinc docet in Sacramento Eucharistia; ergo inhærentia actualis non est præcisè ipsa entitas accidentis, sed quod ab ea distinctum, quia permanet entitas accidentis inhærentia substantiæ. Respondet Rubion. concedendo inhærentiam actualem aliquid aliud importare præter entitatem accidentis, quia importat

etiam subiectum illius, seu ambo extrema importat accidens, & subiectum, & hæc quidem non ut absolute sumpta, sed ut unita, ac indivisa, sed ultra ea sic sumpta nil prorsus superaddit, quia possunt uniri in unum sicut quocumque ab eis distincto medio circumscripto, & cum non magis distinguantur nec minus immediate sint unibilia, quam accidens, & sua inhærentia, quæ tamen extra scholasticam quæque Nominalium ponitur immediate unita, ne detur processus in infinitum, licet autem immediate accidens, & substantia seipsis uniantur, non tamen necessario, & per consequens possunt dividi, & unum ab alio separari.

Hæc tamen responsio communis Nominalium satis loc. cit. explosa est, nam posset modo Deus in Sacramento altaris non destrueret substantiam panis, sed illam conservare indistantem ab accidentibus destruendo solum inhærentiam istorum ad illam; ergo inhærentia actualis aliquid superaddit unioni locali, vel per indistantiam accidentis, & subiecti, nam supra talem unionem dicit informationem, & sustentationem accidentis in substantia, ergo dicit aliquid aliud præter extrema simul sumpta, vel solum unita per indistantiam. Tum quia cum ajunt inhærentiam actualiter importare ambo extrema, non absolute sumpta, sed ut unita, & indivisa, ergo ipso fatentur unionem extremis superadditam, quia ambo distinctum sumpta possunt esse sine unionem, ergo quando concipiuntur unita, tunc concipiuntur sub aliquo modo, quem prius non habebant. Instantia vero, quæ de ipsa inhærentia asseratur, non valet, quia cum ipsa sit accidens relativum, ac proinde non potens per ullam prorsus potentiam se ipsa immediate existere est necessario, ac indispensabiliter alteri affixa non media alia unionem, non solum quia in ratione univendi est ita quo, ut nequeat esse quod, ne detur processus in infinitum, sed præsertim quia ipsa non est indifferens, ut existat in alio, aut per se solitarie, solum verò, quod est sic indifferens modo eget superaddito, quo eius indifferencia determinetur, ut sit unitum cum alio, nam sine tali addito nunquam diceretur unitum, ita Doctor 4. dist. 12. quæstion. 1. lit. I. dicitur reddens rationem, cur albedo inhæret subiecto per inhærentiam ab ipso recepta distinctam, inhærentia vero, se ipsa albedini inhæret, & non mediante alia inhærentia; alias rationes pro hac conclusione, ac Nominalium evasiones præclusas vide loc. citat. in Physica.

17. Contra hæc conclusionem Rubion. loc. citat. multipliciter infat, inter nulla immediate unita, vel unibilia poni debet forma aliqua media, quia tunc non foret immediate unita, sed omne accidens subiecto separatim est ipsi immediate unibile, ergo &c. præbratur minor, quia inhærentia ponitur sic immediate unita albedini, à qua non minus distinguitur inhærentia actualis, quam albedo ipsa à subiecto. Tum 2. quia si talis inhærentia daretur, esset posterior accidente, subiecto, quia cum ponatur respectus præsupponit extrema iam in esse posita, immo cum sit extrinsecus adveniens, medium præsupponit accidens, & subiectum, sed etiam accidens in subiecto, quia supponit extrema approximata; ergo superfluit hæc inhærentia, cum accidens sit in subiecto antecedente ad ipsam. Tum 3. ita se habet inhærentia ad accidens, sicut substantia ad substantiam, sed hæc non ponit aliquid substantie superadditum, ergo nec illa accidens. Tum tandem quia nequit assignari causa efficiens talis inhærentie, vel enim procederet ab ipso accidente, & hoc non, quia non omnia accidentia sunt activa, ut communitur dicitur de quantitate, quæ non est de genere adivorum, vel à subiecto accidentis, & neque, quia subiectum ad summum concurrere potest etiam in genere efficientis causæ ad producendum ipsum accidens, quod recipit, non autem aliquam aliam formam in ipso accidente, quod recipit, & producit.

Resp. inhærentiam dualem non mediare inter accidens, & subiectum, ut quod, seu ut aliquid unitum, sed solum ut quo seu ut rationem formalem unioni, quod non tollit immediatam eorum conjunctionem, sicut cum oculus parietem videt, non quia mediet visio, dicitur parietem mediet videre, sed immediate, quia visio non mediat, ut visibile quod, sed ut ratio formalis videndi; cur autem inter inhærentiam, & albedinem, in qua sunt unita, non mediet aliquid unius, & copulans, nec ut quod, nec ut quo, paulo antea dixi, quia inhærentia non est de se indifferens, ut inhæret, vel non inhæret, sed necessario, ac indispensabiliter est semper alteri affixa, atque ideo non indiget alia inhærentia. Ad secundum sufficienter dixi dist. 5. Physic. quæstion. 8. art. 2. numer. 104. loquendo de unionem substantialis; an autem inhærentia se vera sit prior, vel posterior accidente per ipsam inhærentem mox dicam. Ad tertium ait Doctor 4. dist. 12. quæstion. 1. §. ad argumenta principia, paritatem de per se esse substantie, & esse in alio accidente, non bene currere, nisi utrumque accipiatur aptitudinaliter, nam si accipiatur actualiter, est aperta disparitas inter substantiam substantiam, & inhærentiam accidentis accipiendum substantiam pro per se existentia, ut excludit inhærentiam, etenim inhærentia distinguitur ab accidente absoluto, quia potest accidens sine ipsa conservari, unde accidentia relativa, quæ nequeunt esse sine subiecto, non indigent modo inhærentis distincto, & si pariter cum natura substantialis non possit non existere per se, non indiget alio modo distincto, quo constituitur ita per se existens, sicut indiget accidens absolute, ut alteri inhærentia dicatur, potest tamen paritas admitti sumendo substantiam pro per se existentia incommunicabili, quia hæc superaddit aliquid negativum naturæ, sine quo existere potest per potentiam Dei absolutam, ut constat ex præced. disputat.

18. Ad ultimum quidam dixerunt modum inhærentie effective manere ab ipso accidente, quibus Suarez subscribere videtur 3. part. tom. 2. dist. 8. sect. 3. dub. 3. alii volunt potius causari à subiecto in ipso accidente, & in hoc consistere causalitatem subiecti; ceterum cum hic sit respectus extrinsecus adveniens, quia non est nisi actualis unio accidentis ad subiectum, & cum talis respectus possit causalitatem efficientis immediate terminare ex Doct. 3. dist. 1. quæst. 1. & quol. 11. dicendum est, non manere effective nec à subiecto, nec ab accidente, sed ab eodem efficiente, & per circuitum accidens, vel à quo accidens unitur subiecto, & quidem quod non ab ipso accidente dimanet, exprimit Doctor 4. dist. 12. quæst. 1. lit. O ubi ait, quod albedo non facit se inherere subiecto, sed agens albedinem producat, & quod si subiectum interdum hoc gerit munus, hoc ei competit in ratione agentis, quatenus non tantum potentialiter, sed etiam virtualiter continet formam, & inferius lit. Q. ait, quod accidens non potest esse unire subiecto, unde si Deus reduceret substantiam panis, & nihil aliud faceret, remaneret accidens sine subiecto, sicut modo, nec uniretur substantie panis reproductæ; quod etiam negatur à subiecto effective manere, quatenus subiectum est, nequeat, quia casualitas esse, ratione subiecti est omnino passiva, & tota consumatur in recipiendo, & sustentando accidens, restat ergo ut inhærentia accidentis effectiva manet ab eodem agente, à quo ipsum accidens producit, idem enim agens, quod accidens producit in subiecto, efficit etiam, ut sit in subiecto.

Secundo arguit, quod est in subiecto alio mediante, nullo modo potest illi esse ratio essendi in subiecto, quia tunc esset circulus, sed si inhærentia esset forma ab accidente distincta, ipsa nunquam esset subiectiva in substantia, nisi mediante accidente eius immediato fundamento, nec enim inhærentia albedinis potest esse in substantia, nisi albedo ipsa sit in substantia, ergo &c. Conf. quia cum substantia sit susceptiva immediate omnium accidentum, nullum accidens videtur esse ponendum, cui repugnet omnino recipi in substantia immediate, & primo, sed tali inhærentie, si ponatur repugnat, in substantia recipi primo, quia subiectum immediatum inhærentie debet esse inherens, Demum, si inhærentia est aliquid realis forma accidentalis, quaeritur, quo genere sit ponenda, non potest poni in genere accidentis, & passionis, quia nulla res talium generum potest esse terminus actionis, quia adionis non est respectus extrinsecus adveniens, omnis etiam actio, & passio respiciat aliquid terminum productum, quod non facit huiusmodi inhærentia actualis.

19. Resp. inhærentiam non recipi, nec subiectari in substantia, sed in accidente immediate, nec proprie ipsa dicitur inherere, sed est ratio cur accidens, cui ponitur modus inherere dicatur, sicut neque substantia, quæ est modus substantie, dicitur subsistere, sed est ratio formalis, cur substantia subsistat, & est ita quo, ut nequeat esse quod. Ad Confir. negatur assumptum, non enim opus est, omnia accidentia immediate in substantia recipi, & subsistere, sed sufficit si immediate, vel saltem mediatè ad illam dependeat, ut in omnino primo, & ultimo sumitur dependentia terminum, immo in probabiliori sententia sola quantitas immediate inheret substantie corporeæ, cetera vero accidentia mediante quantitate, ut dictum est in Physicis. Ad ultimum abundè explicata est natura unionis formæ ad subiectum, sive sit substantialis, sive accidentalis, dist. 5. Physic. q. 9. & ad quod prædicamentum pertinet, & in primis dictum est, ad quod esse entitatem absolutam, sed merè respectivam ex Scot. 3. dist. 1. quæst. 1. quia unio non est se, sed ad aliud, nec potest intelligi unio, nisi unum ad aliud à se distinctum, qui est intellectus relativus, deinde ex eodem Scot. 4. dist. 12. quæst. 1. C. dictum est esse respectum extrinsecus adveniens, quod non sequitur necessario extrema posita in esse, potest enim Deus formam, & subiectum separatim conservare sine unionem, & potest unio per se terminare actionem unitivam agentis, quod est proprium respectus extrinsecus adveniens. Cuius autem generis sit illorum lex ait Doctor loc. citat. quod forte pertinet ad genus passionis, si passio dicat non tantum respectum passivum ad agens, sed ad formam, vel ad agens actionis, si actio dicat non tantum respectum agentis ad patientem, sed formam informam ad illud quod informatur, per quam ampliationem illorum generum, evitatur argumentum à Rubion. allatum, brevis tamen ibidem dixi ex Bassolo 4. dist. 12. quæst. 1. art. 1. inhærentiam spectare ad prædicamentum habitus, quia talis habitudo est aliquo modo derelicta ex adiacentia formæ ad subiectum, vel est ipsamet adiacentia formæ, unde Auctor 6. princip. ponit in eo prædicamento album esse, & quantum esse, quod non est, nisi habere quantitatem, & qualitatem inherentem, ideoque in logica prædicamentum habitus præcipue constituitur in illa mutua habitudine, quia subiectum dicitur habere formam, & forma haberi à subiecto; per quam explicationem excluditur in instantia, quam contra hoc facit Averl. quæstion. 21. section. 3. quæ nempè iudic prædicamentum consistit tantum in denominatione extrinsecâ, vel respectu conflurgente ex adiacentia vestium circa corpus, sed præcipue docet, inhærentiam non esse determinati generis, sed vagari per plura, & esse novem generibus communem, quod etiam tenet Meurisi lib. 3. qu. 5. suæ Metaphysicæ.

Sed dices, illud quod est determinati generis, non potest esse commune per plura generibus, accidens autem, vel inherens quantum ad per se rationem nominis convenit omnibus novem generibus, ergo, &c. Respon-

Respondet Doctor non esse inconveniens, quod est determinati generis denominare plura genera, ut nonnulli dicunt de respectu creationis, quod per se pertinet ad genus relationis, & tamen denominat quodlibet aliud à Deo, sic igitur in proposito potest iste respectus pertinere per se ad unum genus, & tamen denominativè dici de relationibus, vel respectibus novem generum. Dices ex Simplicio super prædicam. esse in non constituere aliquid speciale genus, quia unum esse in est omnium novem generum: Occurrit rursum Doctor, vel esse in accipitur denominativè, & sic circuit omnia genera accidentium, sicut hoc, quod est inherere, vel accipere, vel accipitur pro ipsa habitudine per se significata per esse in, & hoc modo accipitur aliquid genus ab esse in, quod esse in quatenus determinata in uno genere; si autem intelligat, quod esse in quantum ad per se rationem, quam importat, non pertinet ad aliquid quod genus determinatum, sed per se ad plura genera negandum est; non enim est tanta auctoritas, quod propter dictum ejus debeat concedi oppositum eius, quod ratio concludit, ratio autem convincit, quod ille conceptus quem importat esse in potest quidditative contineri in aliquo genere, licet denominativè dicatur de formis, quæ sunt in multis generibus, non enim dicitur quidditative de albedine, & linea, quia illud, quod essentialiter includit respectum, non est ad se secundum Augustin. de Trinit. cap. 2. ita Doctor.

20. Tertio urgetur, quia discerni nequit, num hæc inhærentia sit prior, vel posterior accidente, nam ex una parte videtur esse prior, nam si esset posterior, cum omne prius sit in aliquo signo, in quo non est posterius, sequitur, quod accidens aliquando existeret, & non inhæret. Tum quia hæc inhærentia est casualitas, per quam accidens in sua entitate à subiecto dependet: ergo est accidente prior, sicut casualitas omnis est prior effectu suo. Tum etiam, quia hæc inhærentia, non est nisi unio accidentis ad subiectum, atque ideo mediat, & intercedit inter hoc, & illud, ut novus unum cum altero, vel inhærentia prius, & immediatius attingit subiectum, quod accidens per illam inherens, ergo est prior accidente; quod confirmatur à simili, quia ex hoc, quod quantitas mediat inter substantiam, & qualitatem, & qualitas substantie inheret media quantitate, optimè illatum est, quantitatem esse qualitate priorem; ergo ex hoc, quod inhærentia mediat inter accidentem, & subiectum, & accidens subiecto inheret media inhærentia, optimè inferri poterit prioritas hujus ad illud, & his rationibus sulti Recentiores passim tenent inhærentiam esse accidente priorem. At tamen ex alia parte posterior esse videtur, quia hæc inhærentia non est, nisi actualis unio accidentis cum subiecto, unio autem, ut sic, non producit extrema unibilia, sed potius illa sustentat esse suo copulata adinvicem, ergo inhærentia non causet, aut non est casualitas subiecti erga ipsum accidens, sed supponit in suo esse, ut copulet subiecto. Tum quia modus essendi debet supponere rem si simpliciter esse, sed inhærentia est modus essendi accidentis, ergo supponit accidens simpliciter esse, sicut è contra substantia, quia est modus quidem essendi substantie, non constituit eam simpliciter in esse, sed in esse incommunicabilis. Tum tandem quia respectus fundatus in aliquo est posterior eo, & universi liter respectus supponit extrema, ad quæ consequitur, sed hæc inhærentia est respectus unionis formæ ad subiectum, ergo utrumque supponit in esse; & hæc ratio Doctor 4. dist. 12. qu. 1. M. resolutè tenet inhærentiam esse accidente posteriorem illis verbis, ad tertium dubium dico, quod ille respectus inhærentie est posterior albedini, sicut universi liter respectus fundatus in aliquo est posterior fundamentis.

Resp. itaque inhærentiam esse accidente posteriorem, ad primam rationem in oppositum negatur consequentia, quia prioritas accidentis ad inhærentiam non est prioritas temporis, quæ sola explicatur per verbum esse, & in quo, & proprie mensurat existentiam rei, sed est prioritas naturæ, & simplicis naturalis præsuppositionis, nec proprie mensurat existentiam rei. Ad 2. negatur assumptum, ut enim universaliter dictum est de unionem conicumque formæ dist. 5. Physic. quæstion. 4. art. 1. casualitas subiecti erga formam non consistit in unionem cum ipsa, quia casualitas est respectus intrinsecus adveniens de genere relationis unio autem est respectus extrinsecus adveniens de genere habitus; tum quia ex vi casualitatis effectus dicitur recipere esse, at ex vi unionis nullum extremorum dicitur produci, & recipere esse, sed potius supponitur ante unionem existentia, & per unionem intelligitur recipere præcisè esse unitum; tum tandem quia quando etiam concederetur antecedens, adhuc neganda esset consequentia, quia adhuc fallissem causalitatem esse quod medium inter causam, & effectum, illamque naturæ præcedere, ut optimè notat Doctor 2. dist. 1. quæstion. 2. lit. E. dicens, quod fallit nos visio, inter causam, & effectum, quia re vera sequitur, sicut universaliter nulla relatio ponitur, nisi positis extremis, casualitas autem formaliter sumpta in relatione consistit causæ ad effectum, quæ omnia sunt declarata Scoti dispositione. 5. Physicæ qu. 2. A. 3. respondetur ex eodem Scoti doctrina nuoc allegata, quod si sensum sequamur, ac imaginationem nostram atque unio mediare videtur inter extrema unita, quasi necus arborum, quia nos concipimus unionem inter subiectum, & formam ad modum puncti inter partes lineæ, & ad modum glutines inter partes tabule; falsi tamen est imaginatio, & per rationem corrigenda, quia diversa ratio prorsus est de unione inter formam, & subiectum ex

una parte, & de puncto inter partes lineæ, & glutinis inter partes tabule ex alia, quæ enim physice ununtur, ut subiectum, & forma, immediate ununtur inter se, at partes tabule, & lineæ re vera non ununtur immediate adinvicem, sed ununtur in alio tertio, cui tamquam termino communi copulari dicuntur, unde factum est, ut quantitas continua decoratur illa, cuius partes copulantur aliter tertio tamquam communi termino, unio igitur physica formæ, & subiecti non est, quid absolute, & materiale inter ea interjectum, in quo quæ in tertio illa uniri dicuntur, sic enim immediate unita non fuerit, sed potius est relatio subiecti quæ extrema prius natura invicem materialiter, & fundamentaliter conjuncta, ut illa deinceps denominet formaliter unitas, sicut similitudo sequitur albedines fundamentaliter similes, ut illas deinceps nominet formaliter tales; prius ergo natura forma ponitur in subiecto, & statim immediate sequitur respectus inhærentie, & cum dicitur per inhærentiam unum vel media inhærentia accidens fundari in subiecto, & uniri subiecto, non est sentias quo, hæc unio, & inhærentia sit quoddam medium materiale, & absolute in inter extrema ad modum glutines inter partes tabule, immè ita enim forma est in subiecto excludo quocumque tali medio, sed ita, & similes locutiones sensum faciunt formalem, quod felicitè albedo denominatur formaliter inherens subiecto per inhærentiam in ipsa fundatam, atque dicuntur adinvicem unita formaliter per relationem unionis hinc inde resultantem eo modo, quo declarat Doct. 3. dist. 13. quæst. 1. P. casualitatem esse viam in effectum, & esse rationem denominandi formaliter causam in ratione causæ, etiam si re vera talis relatio sequatur post effectum in esse.

22. Itaque dum forma existit in subiecto, possunt in tali statu dupliciter considerari, vel materialiter, & fundamentaliter, & ita præcedunt relationem unionis, vel formaliter, & denominativè, quatenus unita, & sic relatio potius præcedit ipsa extrema sub tali denominatione, sicut universaliter formæ suæ effectum formalem in subiecto natura præcedit; hæc patet responsio ad argumentum distinctum antecedens de medio formalis, & relativo, & de materiali, & absolute, unio autem que mediat inter subiectum, & formam, non ut medium materiale, & absolute, sed formale, & relativum, & ideo prius, & immediatius accidens attingit subiectum materialiter, & fundamentaliter, quam relatio infurgat inhærentis, neque ob id relatio ista est superflua, immò adhuc est necessaria, ut denominetur formaliter inherens, quia cujuscumque quod necessarium est suum quo, id est quocumque concreto forma denominans, ut quo; neque hoc est peculiare in relatione unionis, sed est commune omnibus extremis relationum conceptis præcisa relatione, nec difficilius est concipere tunc extrema solum fundamentaliter, talia, & non formaliter, ut duo alba fundamentaliter similia, antequam relatio similitudinis formaliter, & confingere intelligitur, quam concipere substantiam solidam fundamentaliter substantiam, antequam intelligatur modus subsistentie ab ipsa dimanare, ut dictum est in Log. dist. de relatione, quæ solutio applicari potest argumento secundo ex Rubion. adducto supra no. 17. Demum ad illam ultimam confirmationem negatur paritas de quantitate intercedente inter qualitatem, & substantiam, & unione intercedente inter accidens, & subiectum, mediat enim quantitas inter substantiam, & qualitatem in ratione subiecti, in quo immediate recipitur qualitas, & mediante ipsa recipitur in substantia; unio vero mediat inter accidens, & subiectum, non in ratione subiecti recipientis, sed in ratione medii relativi, quo formaliter accidens denominatur subiecto inherens, & in subiecto receptum, & quod hæc de causa etiam intercedere debet inter quantitatem, & qualitatem hinc immediate inherentem.

Quarto arguitur, quia est difficultas, an hæc inhærentia sit unica relatio, vel unicus modus inter subiectum, & formam intercedens, vel potius duplex quorum una se tenet ex parte formæ, & alia ex parte subiecti, nam ex una parte unica unio sufficere videtur unionem unire, & non unire duo extrema, unde est intelligibile quæ ratione Recentiores passim dicunt unum unionem sufficere inter subiectum, & accidens, quorum aliqui volunt hanc proximè, & immediate inesse subiecto non autem ipsi accidenti, aliè contra. Ad ex alia parte duplex modus unionis videtur gerendum, unus inhærentis ex parte accidentis, quod dicitur inherere, & in ipso resideat alter sustentationis ex parte subiecti, qui fit in ipso subiecto, cum manera diversa exercere debeant, quæ commode nequeant per unum, ac eundem modum suppleri.

23. Respond. ex Scot. 4. distinction. 12. quæstion. 1. duplicem inhærentiam modum poni debere inter formam, & subiectum, quorum unus se tenet ex parte formæ, alter ex parte subiecti sicut dictum est pariter de unionem substantialis inter materiam, sicut formam dist. 5. Physicæ. quæstion. 10. ubi pluribus substantiam est hoc assertum contra Recentiores, quæ rationes sunt communitatem pro unionem substantialis, quæ rationes sunt communitatem, quæ omnia sunt declarata Scoti dispositione. 5. Physicæ qu. 2. A. 3. respondetur ex eodem Scoti doctrina nuoc allegata, quod si sensum sequamur, ac imaginationem nostram atque unio mediare videtur inter extrema unita, quasi necus arborum, quia nos concipimus unionem inter subiectum, & formam ad modum puncti inter partes lineæ, & ad modum glutines inter partes tabule; falsi tamen est imaginatio, & per rationem corrigenda, quia diversa ratio prorsus est de unione inter formam, & subiectum ex

tiam inter accidens, & subiectum, & hanc proximè, & immediatè subiecto inesse, non autem ipsi accidenti, quod inhærere dicitur; probat autem, quia inhærentia est causalitas subiecti erga ipsum accidens; sed causalitas debet esse quid medium inter causam, & effectum in illo genere causalitatis, in quo exercetur, & quodammodo prius ipsa causalitas debet prodire, & dependere à causa, ut ea mediante prodeat, & dependeat effectus; ab illa inhærentia inesse immediatè accidenti, planè non mediare in genere causæ subiectivæ inter subiectum, & accidens, nec prius prodire, & dependere à causa, nec ea mediante accidens à subiecto prodire, nec ipsum accidens dependere à tali causalitate, sed potius ex opposito accidens mediare inter subiectum, & inhærentiam, & prius accidens, quam inhærentia dependet à subiecto, & mediante accidente dependet inhærentia, atque ab ipso accidente, tamquam subiecto suo dependet ipsa inhærentia, nec aliter ea omnia salvari possunt, nisi inhærentia dicitur immediatè inesse subiecto. Confirmatur quia ita se habet hæc inhærentia in genere causæ materialis, sicut adio in genere causæ effectivæ, sed prolixi fieri non potest, ut actio immediatè prodiret ab ipso effectu, sed omnino debet immediatè prodire ab agente, ut sic ea mediante producat effectus; ergo sic pariter causalitas subiecti erga accidens non potest immediatè inesse ipsi accidenti, sed debet immediatè inesse subiecto. Demum apud Scot. subiectum est id, quod recipit, & sustentat accidens, & tamen non per modum, qui ei immediatè inest, ergo ad contra ut accidens verè inhæreat, non est necesse, inhærentiam illi inesse, sed sufficere, quod inest subiecto.

24. Rest. argumentum procedere ex falsa suppositione maioris, quod causalitas, per quam accidens à subiecto dependet, consistat simpliciter, & absolute in inhærentia, & unione, cum potius consistat in respectu, qui dicitur eductio, ut universaliter de omni forma materiali, sive substantiali, sive accidentali dictum est disp. 2. Physic. quest. 4. art. 1. sed hoc etiam admisso, adhuc neganda est minor ex proximè dictis, non enim causalitas vera mediatur inter causam, & effectum, nec causalitas prius, & immediatius effectus prodit à causa, quia potius ad absolutum in causa sequitur immediatè absolutum in effectu, & immediatè postea relatio effectus ad causam, quæ est causalitas passiva, & causa ad effectum (si causa sit relationis capax) quæ est causalitas activa, effectus autem à causalitate dependet, ut à quo denominatur formaliter causalitatis, & dependens, ex quo non sequitur causalitatem esse simpliciter effectui priorem, sed esse dumtaxat priorem effectu, ut sit sub tali denominatione causati, concedo etiam inhærentiam non mediare inter substantiam, & accidens in sensu, quo contendit Averſa, nec prius prodire à causa, quam accidens ipsum, mediatur quidem in ratione mediæ formalis, & relativi, & ea in hoc sensu mediante accidens à subiecto formaliter dependet, ut substantante, & ipsum accidens à tali inhærentia dependet, ut à quo denominatur formaliter inhærere, cum inferretur ex hoc, quod tunc potius accidens mediaret inter subiectum, & inhærentiam, concedo accidens mediare inter subiectum, & inhærentiam, quatenus fundamentaliter prius subiecto adjacet, quam inhærentia inter ea conſurgere dicatur, licet in alio sensu scilicet in ratione mediæ relativi inhærentia vera mediare dici debeat inter accidens, & subiectum, sic enim inhærentia à immediatè attingit subiectum in ratione termini sui copulati, & conjuncti formaliter ipsum accidens, prius etiam accidens à subiecto fundamentaliter, quam inhærentia eius ab eodem dependet, ut à termino, licet non formaliter; non tamen mediante accidente dependet inhærentia à subiecto, quia non dependet ab eo, nisi ut à termino, cui conjungitur accidens in ratione mediæ relativi, & ideo seipsa immediatè dependet ad illud.

25. Dico rursus in majori falso supponitur, quod causalitas subiecti erga accidens in inhærentia consistat, sed ea admilla dico ad minorem utique impossibile esse, quod adio ipsa procedat ab effectu immediatè, velut à fundamento, sic enim omnino debet ab agente prodire, non quidem ut effectus habeat esse ea mediante in sensu ab Averſa intento, nam cum prodit ab agente velut à fundamento, jam supponitur effectus in esse, velut terminus talis relationis, sed ut ea mediante in ratione termini relativi agens dicitur formaliter causans, & efficiens, sicut etiam ea ratione debet etiam ab effectu in eodem instanti immediatè prodire, velut à fundamento, causalitas passiva, ut denominatur formaliter causalitatis, & dependens, & sic pariter dicendum de causalitate subiecti erga accidens. Ad ultimum, negatur assumptum, ut enim dicitur est, requiritur etiam ex parte subiecti propria inhærentia, ut per eam denominetur formaliter recipere, & sustentare accidens, & eadem ratione propria inhærentia necessaria erit ex parte accidentis, ut dicitur recipi, & inhærere, cum enim sint denominationes intrinsecæ, ac insuper contrariæ, & oppositæ non possunt ab uno, & eodem inhærentiam modo desumi, sed unaquæque à suo existente in proprio subiecto.

26. Dico Secundo inhærentiam aptitudinalem quæque esse quiddam essentia accidentis absoluti (nam de relativo dicemus quest. seq.) non quidem realiter, sed formaliter ex natura rei superadditum, & eodem modo ab ipsa distinctum. Conclusio est Scot. cit. 4. d. 12. quest. 1. contra Thomistam, & alios nullo pacto distinguentes inhærentiam aptitudinalem ab essentia accidentis, & quidem quod non sit aliquid realiter essentia accidentis superadditum, & ab ea sic distinctum, concedunt ipsi Adversarii, & satis constat

ex principio satis apud Scotum trito, quod aptitudines non addunt rem distinctam supra naturam aptam, ut docet Doctor 4. d. 49. quest. 20. ab initio, & late probatum est disput. 5. Log. quæst. 1. dum ostenditur, passionem propriam conjunctivam rei præsentem in aptitudine consistit, non distinguere realiter à suo subiecto, si enim risibilitas, quæ in homine est aptitudo ad ridendum, & mobilitas, quæ in corpore naturali est aptitudo ad motum; ab illis subiectis reo liter distinguantur, tunc licet in eis assignetur aptitudo distincta ad illos adus ridendi, & motus; sic pariter & alia aptitudo assignanda esset ad illas aptitudines distinctas, de qua rursus questio rediret, an esset ab eis subiectis realiter distincta, nec ne, si non, pariter id erit de illa prima aptitudine afferendum, si sic, dabitur processus in infinitum.

Quod verò sit aliquid formaliter ex natura rei superadditum essentia accidentis, & sic ab ipsa distinctum, probatur ex duobus principiis in schola præsertim nostrâ satis notis, primum est, quod aptitudo universaliter loquendo in rebus absolutis supponit rem, cuius est aptitudo, in suo esse quidditative constituitur, & ab ea fluere, & manare dicitur, hac ratione probat Doctor 2. d. 12. quest. 7. A. & quolib. 2. C. animas non inter se distinguunt in individualiter primo, & à priori per aptitudinem, & inclinationem ad diversa corpora, quia natura ipsa absoluta est prior natura aptitudinis, quæ est formalitas quædam respectiva, vel respectus quiddam aptitudinalis, absolutum autem à toto genere præcedit respectum, sive hic sit actualis, sive aptitudinalis, tum quia prius res est ad se, quam ad aliud, tum quia respectus fundatur in absoluto, & fundatum ex natura rei semper præsupponit fundamentum, quod verò ratio aptitudinis, & inclinationis sit respectiva non absoluta, satis de se constat, quia nihil dicitur inclinari ad se, sed ad aliud, & aptitudo semper est ad aliquem adum aptitudo. Alterum principium fuit à nobis probatum disput. 8. Log. quest. 2. est quod absolutum non includit in suo conceptu formalis, & quidditative respectum, sive sit prædicamentalis, sive transcendentialis, sic tunc esset formaliter ad se, & non ad aliud, & non ad aliud cum ergo aptitudo dicat relationem transcendentalem, nequit includi in conceptu quidditative naturæ absolutæ, sed conſequitur ad eam per modum propriæ passionis, & ex his duobus principiis necessario inferitur inhærentiam aptitudinalem non esse ipsam accidentis essentiam, & quidditatem, sed aliquid immediatè conſequens ad illam per modum propriæ passionis. Confirmatur id etiam ex principiis Adversariorum, nam, & ipsi rerum quidditates constitutæ solent non in eam aptitudinibus, sed in radice, vel principio existivo illarum, sic dicere solent hominis essentiam non esse risibilitatem, sed principium existivum eius, quod est rationalitas, vel humanitas, mobilitatem non esse essentiam cordis naturalis, sed radicem illius, quæ est naturalitas, sic etiam dicere solent essentiam quantitatis non per impenetrabilitatem constitui, sed per principium ejus existivum, ergo universaliter ita se habet in rebus absolutis; quod aptitudo non constituit essentiam rei, sed eam supponit natura priorè, ut principium, à quo fluit, & dimanat, & sic pariter dicendum est in proposito de aptitudine accidentis ad inhærentiam; cum sit eadem ratio de omnibus.

27. Quod si ab hac generali doctrina de aptitudine naturarum volunt excludere aptitudinem accidentis ad inhærentiam, non debent hoc dicere solent, ut facit Averſa, sed etiam probare, & ostendere disparitatem inter hæc aptitudinem, & alias; quod enim ait Averſa nullam esse necessitatem, vel utilitatem constituendi hæc aptitudinem in accidente ab ejus essentia distinctam, optime intelligitur ipsum accidens proximè per suam essentiam esse aptum ad inhærentiam; id minima probat, nam sic quoque dicam ego de quacunque alia aptitudine, v. g. risibilitate, mobilitate, penetrabilitate, quod frustra distinguantur ab essentia quia optime intelligi potest, hominem per suam essentiam esse proximè aptum formaliter ad ridendum corpus naturale ad moveri, & quantitatem aptam ad impenetrationem; debet ergo assignari ratio disparitatis, cur id specialiter possit aseri de aptitudine accidentis ad inhærentiam, non verò de aliis. Poncius verò loc. citat. quia vidit ingenue argumentum, vel æquè urgetur pro omnibus, vel pro nullis, probabile judicat, quod non dentur ulli respectus aptitudinalis à suis fundamentis formaliter distinctis. Attamen ne à communi recedere videatur, subdit, quoque si aliquid sunt concedendi, non nisi illi, quorum conceptus non involvitur in conceptu essentiali fundamenti, ut v. g. risibilitas, vel aptitudo ad ridendum, quæ potest dici non esse differentia essentialiter constituta hominis, quia potest homo intelligi secundum prædicatam essentiam sine eo, quod intelligatur, nec radicaliter, nec formaliter esse risibilis. Neque hoc satisficit, quia dicam, & ego pariter inhærentiam aptitudinalem non involvi in conceptu essentiali accidentis, nec esse ejus essentialem differentiam, quia potest accidens intelligi secundum prædicatam essentialitatem si non quæritative, saltem quidditative, ut dicitur ad num. 7. sine eo, quod intelligatur nec radicaliter, nec formaliter inhærere, nec videtur cur magis possit intelligi homo secundum prædicatam essentialitatem ab eo, quod intelligatur radicaliter, vel formaliter risibilis, quam ipsum accidens nec formaliter, nec radicaliter inhærere in suo conceptu quidditative; aut ergo id afferendum est de quocunque respectu aptitudinali; aut de nullo, nisi ferri assignetur disparitas, & non volntrari dicta.

Contra hæc secundam conclusionem arguit Poncius loc. citat. quia

quia talis aptitudo ad inhærentiam naturæ accidentis superaddita videtur omnino superflua, nam accidens per suam essentiam, & constitutiva sua, essentialia præstat potest quæquid potest ipsi pro talem aptitudinem convenire. Respondens hoc argumentum æquè probare de omni aptitudine respectu conjunctivæ essentia absolute, vel de nulla, & ideo pro omnibus negatur assumptum, quia aptitudines referunt essentialiter absolutas ad aliquid transcendentem, & cum nullus respectus includatur in essentia absolute dicendum est, essentiam absolutam non seipsa formaliter ita referri, sed per relationem formaliter superadditam. Contra instat Poncius, quia ipsamet differentia essentialis accidentis, quam vocant radicem illius aptitudinis formalis, nequit intelligi nisi per modum respectus, hoc est per modum aliequus, quod aptum natum sit principiare illam aptitudinem formalem, & tamen hoc non obstante non est respectus secundum eam qui afferunt aptitudinem illam formaliter distinctam, ergo aliquid, quod non est verè respectus, potest tamen esse talis natura; ut non possit intelligi nisi per modum respectus, & hoc ipse vocat respectum secundum dici, quia nihil verè est entitas absoluta, tamen dicitur respectus, quia nequit explicari, nisi per modum relativi, sic enim postea explicatur respectum secundum dici inferius disp. 15. de Relatione numer. 6. ubi exemplificat de potentia, parte, habitu, & similibus, & per relationes secundum esse intelligit illas, quæ verè sunt relationes, & non tantum vocem, aut nostrum loquendi modum.

27. Resp. non bene explicari per hoc discrimen inter relativam secundum esse, & secundum dici, ut ostendit disp. 8. Logic. quest. 2. in fine quia Arist. capit. de relatione inter relativam secundum dici quædam enumerat, quæ verè dicunt relationem ad aliud, ut sensum, & scientiam, & non secundum vocem tantum, & talia etiam sunt, quæ ipse Poncius enumerat inter relativam secundum dici, nam potentia, pars, & habitus verè dicunt relationem ad aliud, & non secundum vocem tantum, aut nostrum loquendi modum, neque hæc ratione relativam secundum dici appellantur, sed potius quia accidentaliter, ac denominative sunt relativa, ad differentiam relativorum secundum esse, quæ sunt relativæ essentialiter, ut ibi expresso explicatum est; tum quia sic explicando relativam secundum dici, non possit discerni inter absolutum, & respectivum, sed omnia ad libitum dici possent entia absoluta, ut paternitas, & filiatio, quia si explicentur per relationem, dicitur id fieri secundum vocem, & per nostrum loquendi modum, in se tamen verè esse entia absoluta, etiam nequeant à nobis, nisi per respectum explicari, & poterit negari dari relationes, quæ sunt verè relationes protervando, quod sint omnia absoluta, esse per relationem explicata. Quod verò dicebat ipsamet differentiam essentialiam accidentis, quæ vocat radicem illius aptitudinis formalis, non posse intelligi nisi per modum respectus, hoc est per modum aliequus, quod aptum natum sit principiare illam aptitudinem formalem, fatetur hoc satis urgetur, ac non tantum in proposito, sed universaliter de quacunque essentia, quæ est principium radicale, & existivum aliequus aptitudinis, quom tamen non dicimus esse respectum, vel respectum essentialiter includere; unde per hoc probatur non bene explicari essentiam quantitatis per esse principium existivum impenetrabilitatis, nec rationalitatem, aut humanitatem per esse radicem risibilitatis &c. aut concedendum esse tales essentias absolutas esse formaliter, ac essentialiter relativæ, aut dari processum in infinitum.

28. Verum huic quæstioni potest satisfieri ad salvandos respectus aptitudinales in rebus ab ipsis formaliter distinctis, si noverit doctrina egregia Scoti 2. d. 1. quest. 6. in corpore questus 5. dico tunc ad quæstionem, ubi ait, quod quicquid est potens agere, est aliquid ens habens actum primum, & prior est illi secundum naturam ratio adus primi secundum se, quam in comparatione ad actum secundum, cuius potest esse principium, ita quod licet illud, quo tale ens est principium adus secundum, non sit aliud à natura sua, non tamen prima entitas sua est natura sua, ut est principium talis adus secundum, sed natura sua, ut in se est hæc; sic igitur in proposito, quando dicimus aptitudinem ad inhærentiam manare ab essentia accidentis, aut ad impenetrationem ab essentia quantitatis, & sic de aliis, non est cogitandum, quod essentia sit principium talis aptitudinis per aliam aptitudinem, quia cum talis aptitudo sit semper conjuncta cum actu, vel effectu sui proportionato, & profus ab ea inseparabiliter per quocunque potentiam, nam quantitas est semper cum impenetrabilitate, humanitas cum risibilitate &c. talis aptitudo ad hujusmodi passiones principandas non est distincta ab ipsa essentia absoluta rei, nec est ab ea etiam formaliter distincta tamquam vera formalitas relativa, quia non refert ad terminum realiter distinctum, ad illas passiones sunt verè respectus transcendentales, & ab ea formaliter distincti, quia eam verè referunt ad terminum realiter distinctum, & rursus possunt separari ab adibus, ut risibilitas a risu, impenetrabilitas ab actuali impenetratione, & sic de aliis, & rursus cum explicamus essentiam rerum, per hoc quod sunt radices, ac principia existiva suarum passionum, hoc non est intelligendum reduplicative, sed specificative, ut nimirum humanitas sit illa entitas absoluta, quæ est principium risibilitatis, quantitas, quæ est principium impenetrabilitatis, qui conceptus, ut patet, est omnino absolutus, nec ullum in se reduplicat, vel involvit respectum, quia ut ajebat Doctor, licet illud quo tale ens est principium actus secundum, vel aliequus aptitudinis (ut magis ad rem loquamur) non sit aliud à natura sua, non tamen prima entitas illa est natura sua, ut est principium talis

adus secundum, vel aptitudinis, sed natura sua, ut in se est hæc, quæ doctrina valde notanda est pro solutione præsentis difficultatis. 29. Secundo principiale arguitur ex Averſa i. c. sicut natura substantia est apta natura esse in seipsa, ita natura accidentis est apta natura esse in alio, sed aptitudo essendi in se nihil addit supra substantiam, ergo nec aptitudo essendi in alio aliquid addit supra essentiam accidentis. Conſ. quia vel essentia accidentis seipsa est in alio, aut per aliquid superadditum; si primum, habetur intentum, si per aliud, quæritur de illo alio, aut seipsa est in subiecto, aut per aliud, si seipsa, æquè poterit dici de primo, si per aliud, dabitur processus in infinitum.

Respondet Doctor 4. dist. 12. quest. 2. ad 1. primam pariteratem consistere in hoc, quod sicut per se esse in substantia negat aptitudinem ad inhærentiam, ita esse in alio, vel posse esse in alio affirmat illam aptitudinem in accidente, per quem loquendi modum significat non esse in substantia talem aptitudinem positivam essendi in se illi superadditam, sicut est in accidente ad essendum in alio, sed solam negationem aptitudinis, aut potentiam ad inhærentiam; & quidem factis rationabiliter, quia aptitudo in accidente ad essendum in alio admitti potest per modum casualium aptitudinalis respectus essentia superadditi, quia illud verè referri ad aliud, tamquam ad terminum realiter distinctum, & potest talis aptitudo separari ab actu, ut patet in accidentibus eucharisticis, quod quidem asseri nequit de aptitudine substantia ad per se, & in se essendum, quia nihil verè referri ad seipsum, sed ad terminum realiter distinctum, nec unquam substantia separari potest ab actu per se, & in se existendi (nisi per se esse sumas pro per se, & in se existere incommunicabiliter) sicut aptitudo accidentis ad inhærentiam ab actuali inhærentia separatur, & ideo proprie loquendo aptitudo substantia ad per se, & in se essendum non est aliquid substantia ex natura rei superadditum, & ab essentia ejus formaliter distinctum, sed ipsa profus essentia substantia, vel ad summum negatio superaddita inhærentis aptitudinalis ad aliud, & ideo illa paritas absolute sumpta est absolute neganda. Ad Conſirm. æquè probatur argumentum de inhærentia actuali, sicut aptitudinali, quod non sit aliquid superadditum accidenti, si ergo, argumentum fiat de inhærentia actuali, dicendum est, ut supra in prima conclusione, accidens absolutum inhærere media inhærentia modo iam explicata, inhærentiam verè realiter, & formaliter accidenti inhærere, quia non est de se indifferens, ut possit inesse, vel non inesse alteri, sed necessario est alligata rei, ut modus rei modificata per ipsum, & est essentialiter determinatio alterius, ut actu dicitur unum, & sic non datur processus in infinitum, sed datur status in modo inhærentie, quia alia inhærentia non inhærere, sed seipsa; si vero argumentum fiat de inhærentia aptitudinali, dico, essentiam accidentis inhærere alteri per inhærentiam superadditam non quidem realiter, sed formaliter, & ideo dici potest seipsa inhærere aptitudinaliter, quia non per aliquid realiter superadditum, & sic nunquam sequitur processus in infinitum nec in rebus, nec in formalitatibus.

Tandem arguit Averſa citat. quia si in accidente distinguatur aptitudo ad inhærentiam, sic pariter in forma substantiali distinguenda erit alia aptitudo informativa præter ejus essentialem rationem, quod videtur inconveniens. Respond. concedendo gratis etiam in forma substantiali eadem ratione distinguendam esse aptitudinem informativam ab ejus essentiali ratione.

QUESTIO III.

An inhærentia sit de essentia accidentis.

30. Hanc quæstionem tractat Doctor ex instituto 7. Metaphys. §. ad quæstionem, notat hæc difficultatem non moveri de accidentis, quæ est formalis, & per se significatum accidentis, seu sic, quia hæc formalitas est ipsamet inhærentia, sed de accidente sumpto pro denominato est ipsamet inhærentia, & accidentalitate, nempe pro illa forma, quæ denominatur accidens, sive inhærere, sive hæc sit forma absoluta, ut quantitas, vel color, sive respectiva, ut similitudo, vel paternitas. Triplex sententia soler hic referri, duæ extrema, & una mediæ, prima sententia extrema tribuitur Aristoteli, & aliis gentilibus Philosophis, qui non agnoscunt separabilitatem accidentis à subiecto videtur affirmare inhærentiam nedum aptitudinalem, sed etiam actualem esse de essentia accidentis conjunctivam tam absolute, quam respectivam, idque tenent in sententia Arist. Jandun. 7. Metaph. quest. 1. Bacon. 1. dist. 28. quest. 1. art. 3. Suesan. disp. 1. Metaph. cap. 4. & alii Peripatetici. Alia sententia extrema neutram affirmat esse de essentia accidentis, ut sic, licet ulterio concedat inhærentiam aptitudinalem esse accidenti realiter identificatam, ut ejus propriam passionem tenet in primo, quia tunc proprie diceretur de essentia accidentis, ut prædicatum ejus quidditative, & hæc adscribit Scot. 7. Met. Tromb. Orbellus, Faber, Zorobius, Metaphysici Ant. Androli. quest. 5. Canon. 1. Phys. quest. 4. & rursus 8. dist. 12. quest. 1. ubi part. controverti. 12. artic. 1. & alii. Mediæ sententia tandem docet inhærentiam actualem utique non esse de essentia accidentis, bnt

benè tamen inhærentiam aptitudinalem, immò hanc esse rationem ipsam essentialiam accidentis, & differentiam quidditativam constitutam ejus; & hæc tribuitur D. Thom. 7. Met. Lec. 1. & 4. d. 12. q. 1. art. 1. ac ita cum eo dicuntur cæteri Thomistæ: Metaph. 7. Met. q. 1. Javellus, Zanard. & alii, Cajet. de ente, & essentia q. 15. Caproli. 4. d. 22. quæst. 1. ad 1. Hervæus quol. 4. & Recentiores passim.

31 Dico Primò, inhærentiam actualem nec esse de essentia, immò nec realiter identificatam cum accidente absoluto. Conclusio est Scoti loc. cit. & est ferè communis paucis quibusdam exceptis Recentioribus, qui asserunt, quibusdam accidentibus etiam absolutis repugnare separabilitatem à subjecto. Quod non sit de essentia, probat Doctor, & ostendit esse de mente Philosphi (sub lit. F. quia nihil est de essentia aliquid, nisi quod pertinet ad quidditatem ejus, ac nullus respectus potest esse de per se conceptus absolutus, alioquin in tali conceptu contradictoria includerentur, scilicet esse ad se, & non esse ad se, esse ad aliud, & non esse ad aliud; ergo cum inhærentia à dualis dicat respectum unitis formæ ad subjectum, cui inhæret, non erit de essentia entis absoluti, quod à sua formalitate omnem excludit respectum. Conf. quia si respectus clauderetur in conceptu quidditativo entis absoluti, non esset major ratio, cur talis entitas dici deberet respectiva potius, quam absoluta, undè vel esset formaliter absoluta, & respectiva, vel neutrum, quorum utrumque repugnat. R. respondit Julius Sireus disp. de subjecto primæ Philol. lect. 2. c. 22. ubi tenet oppositum hujus conclusionis de mente Philosphi, accidens, ut accidens, non esse absolutum, sed relativum, secundum verò alias consideraciones, esse utriusque absolutum, nempe ut ens, & ut tale accidens secundum singulas species quantitas, qualitas, & modo. Hæc solutio non est ad populum, quo hæc tractatur præfens quæstio, nam hæc disputatur de accidente pro materiali, & pro denominato ab accidentalitate, & inhærentia, non vero pro formali, & per se significato, ut dictum est ab initio quæstionis, quamvis autem in hoc fecerit sensu verum sit accidens absolutum esse relativum, ut fiat reduplicative sub tali denominatione, fallum tamen est de accidente sumpto pro materiali, & denominato. Tum quia si accidens, ut sic, est formaliter relativum, ergo quantitas, qualitas, color &c. erunt relativa, etiam quatenus talia accidentia secundum singulas species, quia species includit essentialiter genus, & genus relativum non potest contrahi per differentias absolutas.

32 Ideò aliter respondet Gandav. loc. cit. absolute minorem esse veram de ente totaliter absolute, quale non est accidens, quod quidem licet sit absolutum à termino, quia non est secundum suam entitatem ad aliud, sicut patet ad filium, non tamen est absolutum à subjecto, quia ab ipso essentialiter dependet, undè nihil est absolutum à subjecto, nisi substantia. Neque hæc solutio satisficit, quia omnis ordo, & relatio est ad terminum, ergo si accidens absolutum dependet essentialiter à subjecto, dependeret ad illud, tanquam ad terminum, seu dependentiam, & ipsum subjectum accidentis esset terminus talis relationis dependentiæ. Tum quia omne, quod includit habitudinem ad terminum, tanquam aliquid de essentia sua, est ad terminum, ergo si accidens absolutum includit essentialiter talem habitudinem, erit essentialiter ad aliud, tanquam ad terminum. Demum hæc solutio neminem directè impugnat Doctores cit. §. Tercia conclusio, probando accidens absolutum non dependere essentialiter à subjecto, nulla est dependentia essentialis, & simpliciter necessaria alicujus absoluti ad aliquid, quod non est de essentia ejus, sed tantum est ei, causa extrinseca, nisi ad causam extrinsecam simpliciter primam, scilicet ad Deum; subjectum autem non est de essentia accidentis, quia tunc homo aliquid non esset ens per accidens, quod est contra Philosph. 5. Met. cap. de ente, & 7. Met. cap. 3. quia addendo alicui id, quod est de essentia ejus non habetur ens per accidens, præcipue si illud in se sit ens per se; accidens autem secundum se est ens per se secundum Philosph. 5. Met. cap. de ente, undè & per se est in genere. Nec subjectum est causa extrinseca simpliciter prima, sed Deus præcisè est hujusmodi causa, qui non est subjectum accidentis, ergo dependentia accidentis absoluti ad subjectum non est simpliciter necessaria, vobis simpliciter necessariam (ait Doctor) cuius oppositum includit contradictionem. Major probatur, quia causalitatem cujuscumque causæ extrinsecæ respectu cujuscumque causati perficere potest prima causa, quia habet in se omnem talem causalitatem eminentius quam secunda causa. Si Deus supplet non potest vicem causæ materialis, sicut nec formalis. Contra inflat Doctor, quia secundum Arist. 8. Met. 12. accidentia non habent materiam ex qua, sed in qua, vel si habent ex qua, illud non est subjectum, quia subjectum cum accidente facit ens per accidens, ut dictum est, per se autem intrinsecum essentia accidentis, five materia, five forma non constituit ens per accidens, quia accidens, ut totum quoddam est, est ex omnibus pertinentibus ad essentiam ejus.

33 Existit ratio patet (subdit Doctor) quare Philosphi dicent, quod accidens non potest esse sine subjecto, non quidem quia ponerent subjectum esse de essentia accidentis, immò ex eis constituitur ens per accidens; nec quia de essentia entis absoluti ponerent inhærentiam, vel respectum quemcumque ad subjectum, quia contradictio est, quod in per se ratione absoluti includatur aliquis respectus, quia tunc esset absolutum; sed tantummodo, quia po-

nerent ordinem causarum simpliciter necessarium, ita quod prima causa non potest causare causatum causa secunda sine secunda causa; subjectum autem habet aliquam causalitatem respectu accidentis loquendo de ordine naturali causarum, & ideo fieri illa causa in ordine sine causalitate potest negare accidens esse; & pro tanto dicitur 1. Phys. quod intellectus quærens segregationem passionum à subjectis erit quærens impossibilia, non quidem impossibile quasi includat aliquid repugnans primæ rationi, seu quidditati accidentis absoluti, sed propter hanc necessitatem ordinem causarum positum à Philosphis.

34 Averrà tandem q. cit. 21. lec. 2. ad 1. qui tenet inhærentiam actualem esse de essentia quorundam accidentium absolutorum, quibus in ejus sententia à subjecto omnino separari repugnat, respondet minorem argumenti principalis valere. Tenent de respectu prædicamentali, non transcendentali, nam bene inveniri potest relatio transcendentalis, quæ sit de essentia entis absoluti, & tunc talis res dicitur quidem absoluta à respectu prædicamentali, non tamen transcendentem, undè dici poterit, ac debet, essentialiter relativa; & subdit, hæc ratio Scotum quoque fateri de ratione essentiali entis creati esse ordinem dependentiam ad Deum, ut mirandum hinc fit, cur eo fundamento putaverit inhærentiam non posse esse de essentia accidentis. Sed talia accidentia absoluta ineparabilia à subjecto non dari statim patet; deinde hæc responsio familiarissimè Adverisariis sapibus refutasset, præsertim verò disp. 8. Log. qu. 2. quia si argumentum bene ponderatur æque concludit de respectu transcendentali, & prædicamentali, vis enim ejus in eo consistit, quod sequeretur contradictio de absolute, si includeret essentialiter respectum, quod esse ad se, & non ad se, ad aliud, & non ad aliud, & prædicamentali, vel transcendentem, quodcumque enim ponatur, semper sequitur contradictio. Quod verò subdit Averrà de D. nostro, ut ipsum ostendat hic immemorem, non bene consequenter locutum, quæritur habet veritatem, judicet prudens Lector ex verbis, quæ habet ipse Doctor loc. cit. F. probando hanc conclusionem, hæc enim sunt ejus verba, nihil est de essentia alicujus, nisi quod pertinet intrinsece ad quidditatem ejus, respectus autem alicuius licet sit idem fundamentum, sicut dictum est de respectu creaturæ ad Deum ubi supra, non tamen est de quidditate ejus, quia tunc nulla essentia creaturæ esse absoluta, ex quibus patet Scotum totum oppositum habere ens, quod ipse refert, nec unquam docuisse de ratione essentiali entis creati esse ordinem dependentiam ad Deum; tenet quidem hanc esse dependentiam essentialiam, ac etiam creaturæ realiter essentialitatem, non tamen essentialiter, & quidditative.

35 Altera vero conclusio pars, quod scilicet actualis inhærentia, nec etiam realiter sit identificata cum accidente absolute, probatur à Scot. 7. Met. q. 1. cit. impossibile est, quod idem maneat, & corruptur, quia aliter esset, & non esset simul; sed manente, & exilente eadem absolute, non manet actualis inhærentia, ut patet in venerabili Sacramento, ubi accidentia sunt separata sine actuali inhærentia, alias si illa inhærentia maneret, cum propter illam subjectum denominatur prius à accidente, & dicebatur panis quantitas, ita diceretur post transubstantiationem panis, quod est fallum. Et quidem fallum est, quod ajebat Averrà cit. dari quædam accidentia absoluta, quibus omnino repugnat separari à subjecto, & in his actuali inhærentia esse ipsius realiter identificatam, ubi exemplificat de figura in genere qualitates, quæ est à quantitate inseparabilis, de tempore in genere quantitates, quod est à motu inseparabilis, de numero qui nequit esse sine rebus numeratis, & generaliter de modis, qui per nullam potentiam per se seipsè possunt separari à rebus, quæ modificant. Hoc, inquam, est fallum, quia omne accidens absolute, quia ratio absolute, potest per Dei potentiam à subjecto separari, & separatim conservari, & hoc esse verissime de omnibus ex Sacramento Eucharistie non sine fundamento potest deduci, ut ex professo probatum est disp. 3. Phys. qu. 3. art. 1. Neque exempla alata ab Averrà sunt ad rem, figura namque proprie loquendo non importat quidd absolute, sed potius respectum, ut dixi disp. 7. Log. q. 3. art. 2. de Scoto 4. d. 12. q. 4. F. dicitur tamen qualitas, quia habet modum denominandæ qualitatibus, ut ibi dictum est ex Scot. quol. 18. lit. I. rursus nec tempus, nec numerus sunt proprie, & veræ species quantitates; nec si essent, tempus ponit deberet realiter distinguendum à motu, & numerus à rebus numeratis, ut dictum est disp. 7. Log. qu. 2. art. 1. & denique modi, ut in præsentia, sesso, &c. sunt accidentia relativa, ut sapientia dictum est, non absoluta, quod si quibus modis ponatur absolute, potius habebit rationem rei, quam modi, & per Dei potentiam absolute poterit se solvere.

Contra hanc conclusionem plura fieri solent à Philosphis argumenta, quæ jam soluta sunt disp. 3. Phys. q. 3. art. 1. ubi probatum est, omne accidens absolute posse per Dei potentiam esse sine subjecto; alia quoque ad idem potentia soluta sunt paulo supra in hæc disp. q. 1. argumenta verò Gandavensis coincidunt cum ea rationibus, quæ afferuntur à Doctore loc. cit. 4. d. 12. quæst. 1. infra lit. E. verè. Contra istam conclusionem, & sunt omnino vidende, nam continent optimas difficultates, & solutiones ad ipsas sunt mirabilis doctrina refertæ, quæ hic non refero, non quia præteriri debeant, sed quia apud Doctorem videri possunt, nam sunt faciles, & clara; nec majori indigent declaratione.

36 Dico secundò, inhærentia actualis non tantum est eadem

dem realiter accidente respectivo, verum etiam est de ejus essentia. Est Scoti loc. cit. quod utramque partem infra lit. D. §. secunda conclusio, & quod primam partem est contra Canon. cit. 1. Phys. qu. 4. ubi tenet de potentia Dei absolute etiam accidens respectivum posse sine subjecto existere, & probatur ex illa maxima Scoti 2. d. 1. q. 5. illa relatio est eadem fundamentum, sine qua fundamentum esse implicat ab intrinseco, sed inhærentia actualis accidentis respectivi est hujusmodi, ergo realiter identificatur cum ipso; major probata est sup. disp. 8. Log. qu. 2. ex Doctore loc. cit. minorem ipse probat hic, respectus est habitudo essentialiter inter duo extrema, ergo sicut tollere terminum, ad quem est respectus, est tollere, vel destruire respectum, ita tollere illud, cuius est respectus, nempe subjectum, vel fundamentum, est tollere respectum, & destruire rationem respectus; non ergo quia accidens respectivum est accidens (inquit Doctor) ideo requirit respectum, vel fundamentum, sed quia respectus est respectus, ideo requirit cuius sit, & ad quod sit.

Respondet quispiam pro Canonico, quod aliud est subjectum respectus, & aliud fundamentum, subjectum enim est illud, cui inhæret fundamentum proximum relationis, sicut subjectum similitudinis est, cui inhæret albedo, & quod dicitur simile alteri, sed fundamentum est albedo, modo licet relatio non possit esse sine fundamentum, tamen videtur, quod possit esse sine subjecto, sicut etiam fundamentum ejus, puta albedo. Hæc tamen evasio nulla est, quia albedo etiam debet dici subjectum, & non tantum fundamentum relationi, & ipsa etiam proprie loquendo suscipere potest denominationem relationis, quam fundat, nempe dici similit, ut dixi disp. 8. Log. qu. 5. & ratio est, quia cum relatio creata sit accidens respectivum fundamentum proximum, in quo fundatur, nemum in ratione fundamenti, quod est sibi commune cum relatione divina, sed etiam in ratione subjecti, quatenus accidens est, undè idem est relationem creatam sine subjecto esse non posse, ac sine proximo fundamento, & ideo ratio adducta optime concludit, in consueto tamen loquendi modo illud fundamentum remoto tribuitur nomen subjecti, & denominatur, quia denominatio tendit ad ipsum, tanquam ad ultimum denominationem, cæterum adhuc proprie loquendo fundamentum immediatum, & proximum relationis creata potest, ac dici debet subjectum proximum relationis, ac denominari per ipsum, ut albedo similis. Accedit et Basol. 4. d. 12. q. 1. §. Dico ad hoc, quod vel etiam quidam respectus, qui habent idem pro subjecto immediato, & immediatè, & proprie denominato per ipsos, & etiam pro fundamento, sicut luti ubi, vel etiam motus, seu mutatio, fundamentum enim ipsorum immediatè denominatur per ipsos, ut subjectum eorum, ut corpus mutatum, vel locatum. Deinde, ut relatio similitudinis manere dicatur, sufficit, ut remaneat albedo, neque opus est, ut maneat subjectum albedinis nempe quantitas, vel substantia, quia hæc non sunt proprie fundamenta similitudinis, sed ipsius albedinis; atque ideo defendere, quod possit similitudo separari à substantia, vel quantitate, non est defendere oppositum hujus conclusionis, quia non ob id relatio similitudinis manet in tali causa sine suo proprio fundamento, & proximo subjecto, sed albedo est, quæ remanet sine subjecto, & hoc esse possibile jam concessum est in præcedenti assertione.

37 Verùm de his accidentibus, quibus omnino repugnat esse sine subjecto, dubitari solet, num ita sint affixa singula suis subjectis, ut non nisi in illo determinatè esse possint, vel potius talem habent indifferentiam, ut à Deo collocari possint in hoc, vel alio consimili subjecto, ita quod non nisi vagè aliquid sibi determinet subjectum. Et quamvis aliqui dicant in hoc tantum de eodem sensu esse alligata subjecto; primum tamen longè probabilius est, ac de mente Doctoris 4. d. 43. quæst. 1. in hinc, ubi notat etiam de potentia Dei absolute eundem numero respectum redire non posse, nisi idem numero fundamentum redeat, atque terminus; & ratio est, quia si dicitur, respectum eundem numero habere talem indifferentiam, ut possit à Deo collocari in hoc, vel alio consimili subjecto, redit eadem difficultas, perinde ac si diceremus posse à Deo per se conservari ab omni subjecto separatum, nam five hoc, five illud dicatur, eo talem indifferentiam indigeret relatio inhærentia distincta, per quam determinaretur, ut in hoc potius subjecto collocaretur, quam in illo, quæ variari deberet in variatione subjecti, de qua inhærentia quoque eadem rursus rediret difficultas; quare potius dicendum est quæcumque respectum esse aliquid certo subjecto affixum per inhærentiam sibi realiter identificatam. Dices ita quidem esse, postquam semel tale accidens in certo subjecto collocatum est, quod deinceps ad aliud transferri non potest, at ab initio potuisse in uno, vel alio consimili subjecto collocari, sed Contra, quia si hæc actualis inhærentia in tali subjecto identificata tali accidenti actu existenti, sic etiam sibi proportionato modo identificatur in esse possibile, quia individuum possibile quantum ad omnia prædicata essentialia, & realiter identificata, est omnino idem cum individuo actu existenti. Confir. quia vel tale accidens jam productum in tali subjecto rediret per inhærentiam sibi identificatam vel non; si primum, signum est, quod etiam ab initio ex natura sua adhuc in esse possibile ad certum subjectum determinatum erat; si secundum, ergo post primam inhærentiam poterit adhuc à Deo ab eo subjecto divelli, in quo jam est productum, & in alio reponi.

38 Altera verò pars asseri, quod scilicet inhærentia actualis sit de essentia accidentis respectivi est contra Tromb. Arctin. Ant. And. alioque Scotistas affirmantes quidem eandem inhærentiam esse veluti passionem realiter identiceam cum accidente, respectivo, quod relatio essentialiter constituitur per esse ad, non autem per esse in, quæ tamen suppositio est falsa, nam ut ostendi disp. 8. Log. quæst. 4. relatio non minus essentialiter constituitur per esse in, quam per esse ad, & expressè indicat Doctor loc. cit. lit. D. dum inquit respectum esse habitudinem essentialiter inter duo extrema, & ideo sicut tollere terminum ad quem respectus est tollere, vel destruire respectum, ita tollere illud, cuius est respectus, est tollere respectum; Et cum in relatione creata, quæ accidens est, coincident saltem materialiter ratio fundamenti, atque subjecti proximi, ut modo dictum est, sequitur evidenter, quod si esse in, velut in fundamento, est de essentia relationis, etiam esse in, velut in subjecto. Et sic, quamvis relatio creata in ratione accidentis, ut sic, non habeat essentialiter esse actu in subjecto, neque non esse in eo positive loquendo, sed tantum exigitive, & radicaliter, tamen in ratione talis accidentis, nimirum relativi, habet essentialiter esse actu in subjecto, quia de ratione relationis essentialis non minus est esse in, quam esse ad, ut patet probatum est loc. cit. disp. 8. Log. qu. 4. ubi argumenta aliorum Scotistarum in oppositum soluta sunt, & hic repetere supervacuum est. Dices, si esse in, est de essentia accidentis respectivi, ut sic, ergo dabitur conceptus in quod communis illis septem generibus inferior conceptu entis superioris, qui primum erit genericus, & sic non erunt generalissima. Resp. eandem fieri posse difficultatem de esse ad, quæ est habitudo communis in quod ad illa septem genera, quare utro fatendum est, illa non esse genera generalissima, & supra simpliciter, & absolute, sed in serie determinata entium, ut univerialiter de omnibus illis decem generibus dictum est disp. 6. Log. qu. 1. de quibus eadem currit difficultas quoad alias rationes communes.

39 Dico 3. inhærentia aptitudinalis est quidem realiter eadem cum accidente absolute, non tamen de ejus essentia, cæterum cum accidente respectivo, nec tamen est realiter idem, sed etiam de illius essentia; Colligitur ex Scot. cit. & quidem, quod fit eadem realiter cum utroque accidente concedunt omnes Scotistas, & probant, quia hujusmodi inhærentia non est nisi aptitudo cujuscumque accidentis ad inhærendum, nam autem aptitudo realiter distinguitur à natura, cuius est aptitudo, ut dictum est qu. præced. concl. 2. tum quia quantumcumque accidens absolute separatur à subjecto, tamen semper retinet naturalem illam propensionem, ut ei inhæreat, ergo talis inhærentia aptitudinalis est accidentis, ut sic realiter identificata. Præterea, quod non sit de essentia accidentis absolute concedunt pariter Scotistas omnes contra Thomistas, & satis manet probatum ex dictis, quia nullus respectus est de essentia absolute, sed inhærentia hujusmodi est respectus aptitudinalis propensionis, & inclinationis accidentis ad inhærendum, cui natum est inhære, ergo non est de ejus essentia, & hoc non est probandum adducta sunt quæst. præced. inhærentia necum fit realiter identificata, sed etiam de essentia accidentis respectivi non concedunt Scotistas, verum quia nullam habent rationem efficacem pro hac parte oppositam tenent, ut magis in ratione fundatur, & probatur; quia si inhærentia actualis est de essentia accidentis respectivi, ut iam probatum est, ergo tanto magis inhærentia aptitudinalis, quia aptitudo est interior essentia rei, quam actus talis aptitudinis, undè minus consequenter loquitur Poncius disp. 13. qu. 1. ubi conclusio quarta tenet inhærentiam actualem esse de essentia accidentis respectivi, & conclusione secunda id negat de aptitudinali, cum tamen à fortiori idipsum de ea quoque concedere debuisset; Immo iuxta regulam superius traditam quæst. præced. in fine non debet inhærentia aptitudinalis in accidente respectivo ab eius essentia distingui, unde sic in relatione non distinguitur ab ejus essentia aptitudo essendi ad aliud, quia essentia relationis est ipsemet formalis, & actualis ordo, five habitudo ad aliud, ita neque fit de ejus essentia esse in, sicut esse ad; nam ergo hæc aptitudo ad esse in, sicut neque ad esse ad, ponendæ est formalitè superaddita ejus essentia; sicut ponitur in accidente absolute, sed quod fit ipsamet ejus quidditas, & essentia. Conf. quia ideo in accidente absolute inhærentia aptitudinalis distinguitur formaliter ab eius essentia, & ponitur formalitè et superaddita, quia saltem per Dei potentiam potest talis aptitudo ad inhærendum ab actuali inhærentia separari, ut in Eucharistia accidentibus contingit; ergo contra, quia in accidente respectivo nunquam fieri potest talis separatio, hinc deducendum est, nec actum, nec aptitudinem ad essendum in alio ab ejus essentia, & quidditate distingui.

40 Ex dictis itaque constat non bene Scotistas 7. Met. qu. 1. hinc quæsto responderi, dum dicunt passim neutram inhærentiam esse de essentia accidentis, five sit absolute, five respectivam; quia licet sit verum de accidente absolute, non tamen respectivo, & quamvis Doctor ibi 7. Met. quæst. 1. in corpore quæstus dicat in prima conclusione neutram inhærentiam esse de essentia accidentis, satis tamen constat ex ejus verbis, non loqui

loqui de utroque accidente tam absoluto, quam respectivo, ut Ant. And. intellexit, & cum eo alii Scoti filii, sed de accidente tantum absoluto. Constat insuper non posse de accidente in communi ut sic, quod tum resolvi, quod utraque inhaerentia, vel neutra, aut altera tantum sit de eius essentia, quia neutra est de essentia accidentis absoluti, & utraque est de essentia accidentis relativi. sed ad hujus quæstionem resolutionem procedi debet, ut fecimus, statuendo peculiarem conclusionem de accidente absoluto, & respectivo; Unde tandem restat, quod inhaerentia, seu inhaerentia, quæ est differentia constitutiva accidentis, ut a substantia feceruntur, sit distinctiva, vel inhaerentia actualis, ut in accidente respectivo, vel principium exitivum ejus, ut in absoluto, & in hoc sensu intelligi, & explicari debet communis definitio, quæ traditur de accidente, ut sic, quod sit ens alteri inhaerens allata ab initio hujus disp. n. 2.

41 Contra hæc conclusionem urgent Thomistæ probando inhaerentiam saltem aptitudinalem esse de essentia accidentis, ut sic, primo ex definitione ipsius accidentis, quod dicitur ens alteri inhaerens, & accidentis esse in Boetio dicitur inesse; cum enim hoc intelligi non possit de inhaerentia actuali, saltem debet intelligi de aptitudinali, nec iuvat recurrere ad inhaerentiam radicalem, quia in accidente hæc non distinguitur ab aptitudinali, nec debent multiplicari entia sine necessitate. Conf. quia inhaerere subiecto non convenit accidenti merè ab extrinseco; & præter eius naturam, sed maxime ab intrinseco ex propria eius natura; igitur inhaerentia saltem aptitudinalis erit de eius essentia. Tandem ens essentialiter dividitur in substantiam, & accidentis, & substantia habet esse per se, accidentis in alio, sed per se esse est ratio essentialis constitutiva substantiæ, ergo in alio esse erit constitutiva accidentis, non actualis, ergo aptitudinalis, ita dicitur Averro. q. 2. cit. sect. 2.

42 Respond. accidentis esse esse aptitudinaliter, non quia in accidente absoluto hæc aptitudo ad inhaerendum sit eius essentia, sed quia est passio propria eam concomitans, & per passionem essentia rerum solet circumscribi, unde inhaerentia radicalis potiori iure erit essentia accidentis, quam aptitudinalis, quia hæc eam consequitur, & saltem est in accidente absoluto talem inhaerentiam aptitudinalem a radicali non distingui, ut dictum est q. præced. concl. 2. licet sit verum de accidente respectivo. Ad Conf. negatur consequentia antecedente concessio, sufficit enim, ut sit illius passio, eique competat in secundo modo dicendi per se, ne dicatur convenire ab extrinseco, & præter eius naturam. Ad ult. si valet, concludit nedam aptitudinalem inhaerentiam esse de essentia accidentis, sed etiam actuale, quia perfectas actualis, ut excludit actualem, & aptitudinalem inhaerentiam, convenit substantiæ, itaque si velimus in substantia distinguere perfectam aptitudinalem ab eius essentia, cuius oppositum probabili dixi q. præced. in fine, tunc dicendum, ut inquit Doctor. cit. d. 12. q. 1. ad 1. principale illam divisionem entis in se, & in alio non esse per differentias, vel modo intrinsecos, sed per innatas proprietates; unde verè dicitur, quod entium quædam est, cuius nature competit esse per se, aliud cuius nature debet esse in alio, & tunc sequitur tantum, quod esse in alio radicaliter erit differentia essentialiter distinguens accidentis a substantia.

43 Secundo arguit Alen. cit. analogia, quam habet accidentis ad substantiam, non est accidentalitas, & contingens, sed de eius essentia, sed hæc oritur a dependentia aptitudinali, quam habet accidentis ad substantiam, ergo hæc erit de eius essentia, sicut ipsa analogia. Deinde quia si de eius essentia non est talis aptitudo, poterit concipi accidentis sine illa inhaerentia, tunc autem vel concipitur ut ens in se, vel ut in alio; si primum, ergo concipitur, ut substantia; si secundum, ergo concipitur cum aptitudine ad inhaerendum, quod est contra suppositum, vel concessendum esse de eius essentiali conceptu.

Resp. concedendo analogiam non convenire per accidens accidentis, & ab extrinseco; sed esse illi essentialem in secundo modo dicendi per se, sicut est ipsa dependentia aptitudinalis ad substantiam, in qua fundatur; hoc hoc sufficit, ne dicatur illi advenire contingenter, neque ad hoc est opus, quod dependentia aptitudinalis competat ei in primo modo. Ad aliud concedit Tromb. cit. 7. Met. q. 1. ad 3. prin. posse accidentis concipi sine tali aptitudine, qui tamen conceptus licet esset quidditativus, quia omnia prædicata essentialiter involveret, non tamen esset quietativus, cuius rationem mox subiciamus, melius tamen dixisset Tromb. posse accidentis concipi non concepta aptitudine ad inhaerendum, quam sine ipsa, quia primum concipiendi modus est præcivus, qui fieri potest sine mendacio, at secundus est divivus, & mendax, & cum quaeritur, an in hæc conceptione, vel præcivione concipiatur accidentis, ut in se, vel in alio, dico concipi ut ens in se, & in alio, ex quo non sequitur concipi, ut substantiam, quia ens per se, quod est substantia, est ens, cui omnino repugnat inhaerere, modo nature accidentis in tali præcivione non repugnat inhaerere. Dices, hæc solutionem destrueret se ipsam, quia illud est aptum inhaerere, cui non repugnat inhaerere, sed accidens in tali præcivione est huiusmodi, ergo &c. Resp. Tromb. quod aptitudo ad inhaerendum est duplex, una fundamentalis, & remota, altera formalis, & propinqua, prima aptitudo est ipsam fun-

damentum, & natura, cui nata est competere ipsa aptitudo formalis, sicut dicitur, hominem seclusa rursitate esse rursibilem fundamentali, id est, esse fundamentum, cui non repugnat rursibilitas, quæ est aptitudo formalis ad inhaerendum, & propinqua est formalis, & propinqua est respectus ad adveniens fundamentum constitutus ipsum in esse formali, & propinqua est fundamentum adveniens, ad quem est aptitudo; capiendū aptitudinem primo modo conceditur accidentis in tali præcivione esse aptum inhaerere aptitudinem nempe fundamentali, & remota, quam supra dicebamus radicalem; si verò capiatur aptitudo secundo modo, negatur accidentis in tali præcivione esse sic aptum inhaerere, ex quo tamen non sequitur, aptitudinem formalem esse de intellectu accidentis, sed ipsam aptitudinem fundamentalem, sive radicalem, quæ nihil positivum ponit absolutum, vel respectivum supra fundamentum.

44 Tertiò ad idem inter alias Doctor movet hæc difficultatem valde subtilem respectus accidentis ad subiectum est accidentis intimior, quam respectus creaturæ ad Deum, quia accidentis definitur per subiectum, & creatura non definitur per Deum; sed respectus dependentie creaturæ ad Deum est ad minus realiter idem cum creatura, ergo & respectus dependentie accidentis ad substantiam est de eius essentia in primo modo, Resp. Doctor negando assumptionem, ad probationem inquit, quod idem est respectus ad fundamentum; vel non identitas non est ratio, quare terminus respectus cadat in definitione fundamenti, ut additur; nec etiam dependentia essentialis, & necessaria est causa, quod terminus dependentie addatur in definitione fundamenti dependentis, tunc enim Deus magis poneretur in definitione cuiusque creaturæ, quam substantia in definitione accidentis; sed ratio est, quia fundamentum respectus quandoque est forma informans aliud, & perfectio ejusdem dans ei esse simpliciter, vel secundum quid, quid, & cum perfectio non possit perfectè, & distinctè concipi conceptu quietativo intellectus, nisi contingeret illud, cuius est forma, propterea terminus respectus cadit in definitione fundamenti, ut additur, cum sit perfectibilis per talem formam, quæ est ipsum fundamentum respectus, & idem quantumcunque essentialia forme exprimeretur, tamen non esset conceptus perfectus quietans intellectum, & idem nec definitivus, sed cautum, quod est in se quoddam compositum subfinitivum, sed capitur in se, intellectus illi queicet non requirit aliud intelligere, unde si hominem concipio esse animal rationale, statim illi queicet animus, nec ulterius veligat, an Deus sit hominis creator.

45 Quod accidens natura sua est ordinatum ad efficiendam substantiam; ergo super natura debet respicere substantiam, ergo talis ordinatio erit de eius essentia, atque idè dicitur solentis ens. Resp. hoc totum salvari abique eo, quod asseritur, talem ordinationem esse de eius essentia, si dicatur natura esse conceptu ad ejus naturam, & essentialiam, & hæc de causa dicitur entis ens, quia dependentia ad substantiam ejus naturam, & essentialiam necessario consequitur.

Denique arguit Scotus ex Ant. And. 1. Metaph. quest. 1. concl. 1. ad probandum nec inhaerentiam actualem, nec aptitudinalem esse de essentia accidentis respectivi, quia fundamentum respectus est aliud præter respectum, quia nihil fundat seipsum, unde secundum Augul. omne, quod relative dicitur, est aliud præter seipsum; ergo inhaerentia non est de essentia accidentis respectivi. Resp. hæc rationem, sicut, & aliam supra additam, asserit Scoto 7. Met. q. 1. conclus. 1. ad probandum inhaerentiam non esse de essentia accidentis absoluti, quia aliud superaddit ejus nature realiter, si est actualis inhaerentia, vel saltem formaliter; si est aptitudinalis; & idè minus arde transfertur ab Ant. And. ad probandum de accidente respectivo, cuius nature, & essentialis neutra inhaerentia aliud addit, ut jam probatum est.

QUESTIO IV.

De fatione, & origine formarum accidentalium, nam scilicet sunt ex nihilo, vel potius ex materia, seu præjacente subiecto.

46 Hæc quæstio jam resoluta fuit in Physicis tam de formis substantiæ lib. 2. q. 7. art. 2. tam de accidentalibus disp. 3. qu. 5. & resolutio fuit, omnes formas tam accidentales, quam substantiales materiales, & corporeas, sola anima rationali excepta, quæ est immaterialis, & incorporea, non fieri ex nihilo, sed fieri ex materia, & dependenter a subiecto, quantum sufficit, non dicatur fieri de nihilo, & creati, hoc enim inter formas omnes est proprium solus animæ rationalis, quæ procedit immediate a solo Deo producitur; licet potest fieri difficultas, quomodo formæ fieri dicantur ex præjacente subiecto, non scilicet per aliquas inchoationes ipsarum in materia, an potius per simplicem contentivam earum in ejus passiva potentia; & hæc est communis opinio, & plausibiliter recepta in omni schola Thomistarum, Scotistarum, Averroistarum, Nominalium, ac denique in ipsa schola libera P. P. Societatis, ut est videre apud omnes Auctores hæc materia tractantes, quos singillatim referre hic longum esset, de quo potest videri Suarez disp. 5. Met. lect. 2. & omnes

& omnes unanimiter in hoc didum consentire, ut notavit Averro. q. 20. suæ Philosoph. lect. 7. ad salvandum, & verificandum formas non fieri ex nihilo, quod esset creati, & virtute causarum naturalium fieri non potest.

47 Quoniam verò post primam Physicæ nostræ editionem Ferchius decem edidit quæstiones, vel Velligationes Peripateticas, in quarum prima tenet, formas omnes fieri ex nihilo, atque idè inquit commune illud axioma, *ex nihilo nihil fit*, non esse adeo verum apud Arist. præsertim, ut communiter censetur; idè dicitur, q. 5. de gen. & cor. q. 1. art. 1. eius didi veritate ostendimus, & formas materiales ex nihilo non fieri, sed verò educi de potentia materis rursus confirmavimus ex principis passim ab omnibus concessis. Post verò aliquot annos hujus opinionis suæ de fatione formarum ex nihilo contra nostram impugnationem suscepit defensionem cum tanta acerbitate, ut non apologetico; sed ferali stylo sit usus. Et quia loc. cit. eam communem sententiam, quod formas materiales non fiant ex nihilo, sed ex potentia materis educantur, & veritatem illius principii *ex nihilo nihil fit* potius suppositum, ut ab omnibus concessam, quam probaverimus, & solium ejus motivis, ac fundamentis facis care curavimus ex communi doctrina passim in scholis concessa, tanquam nedum in se vera, sed etiam de mente Arist. & sui Commentatoris; hic Auctor in præfata sua defensione nobis per singulas ferè paginas exprimit, quod hæc communis opinio neque a nobis fit unquam probata, præsertim ex Aristot. neque ab omnibus notæ classis Philosophis, aut Theologis, & quod omnes in hæc materia principium potius proponendo non tam opinione, non probando. Hæc igitur de causa quæstionem hæc ne rursus hæc tradere decrevi, nec absere, quia ut redè Suarez adnotat disp. 13. Met. lect. 2. quantum ad fationem, & educationem formarum de potentia materis eadem difficultas de formis actualibus, & substantiælibus materialibus, nam quæ ratione dicuntur formæ substantiales ex nihilo fieri, aut ex materia educi, eadem ratione idè ipsum de accidentalibus asseri poterit, ac debet, atque idè de omnibus in communi hic erit sermo, cum quantum ad hoc non differant; sicut quæ meos erit ostendere opinionem illam communem, quod formæ non fiant ex nihilo, nequaquam principium petere, sed solidissimis rationibus tum ex Aristot. tum ex vera philosophia de promptis iam didum a primariis Philosophis, ac Theologis præcibus fuisse firmatam, ac stabilitam, quibus Auctor ille respondere vel nolit, vel non valet, quarum aliquæ loc. cit. fuerint etiam a nobis adductæ; licet non omnes, quia ut dixi, opinio illa est passim ab omnibus recepta, unde opus non erat novas rationes pro ipsa adducere, sed satis erat ad verba ab illo Auctore allata disolvere.

48 Et quia non putam, ac ethnicam Arist. Philosophiam, quæ a talis ordinatio fieri a Philosophia in se distinguitur teste eodem Auctore lib. 1. Defens. n. 3. scribitur, ut ab initio nostris operibus, & in progressu pluries protestati sumus, magis curavimus rationibus, quam frequentibus Arist. auctoritatibus (licet nec illas prætermittam) asserere nostram comprobare, quandoquidem nec ipsa Arist. testimonia aliquid valeant, nisi fuerint ratione suffulta; & satis erit, si ostendero quicquid in hæc materia dixerit de formarum fatione, contra Arist. non esse, immo satis contentaneum; ergo prænotare volvi ad præcludendum illius Auctoris effugium, qui rationes irridet, nec ullum recipit didum quantumvis rationabile, nisi fit expressio Aristot. testimonio comprobata, unde cum dicitur ex communi sententia formas materiales idè dicitur tales, quia fuerit natura in suo esse fieri, & conservari pendente a materia, ait lib. 3. Defens. pag. 298. num. 42. nihil hic haberi ex Arist. & nostram rationem in Arist. auctoritate non fundari, atque adeo in schola Arist. non receptum iri; cum dicitur eadem formas intrinsece fieri ac a materia divelluntur, etiam sub eodem numero recitit hoc didum, quia nihil ex Aristotele, cum dicitur per hoc esse modum formas ab anima rationali fecerit, quæ ob sui immaterialitatem independenter a materia fit, & conservatur, rursus sub eodem numero hoc didum irridet, quia nihil ex Aristot. si assumimus animam rationalem esse formam immaterialem, ipse negat sub n. 43. dicitur animam rationalem esse materialem; si etiam quandoque dicitur formas materiales per hoc ab anima rationali fecerit, quod omnes educantur de potentia materis, ipsa vero de foris venit ex lib. 2. de gener. animal. cap. 3. ait nos vocabularum significata cum nostræ classis Philosophis si mere ad placitum nostrum, non vero Aristot. iuxta quos phrasim dici debet oportum; quod ferè nullam aliam formam educitur de potentia materis, nisi intellectiva lib. 1. Defens. pag. 55. n. 53. si dicitur compositum dependente a materia, & forma, velut a causis internis; formam fieri in materia, & dependenter ab ea, ait hæc dependentiam esse ex nostro capite inventam; non ex Aristot. probatum, lib. 1. pag. 49. num. 46. legit quippe in e. de Celo 100. & 12. Met. 38. effectus dependere a causa efficiente, vel finali, honestè a causa externa, dependere a causa interna, non legit; quæ id Arist. expressè non dixerit 2. Phys. text. 28. ubi de causis intrinsecis loquitur, vel si Perchius non legit, Arist. non dicit, vel si denique Aristot. non dicit, non fit verum, non fit recipiendum, non asserendum, quæ valet arguere ab auctoritate negativè, hæc sunt solutiones, quas passim asserit Auctor ille ad nostras rationes eludendas.

49 Hunc novum philosophandi modum didicit Perchius a Cremonino, qui ut refert doctissimus Raguleus disp. 15. de formis ele-

mentorum part. 1. c. 3. rationes omnes irridebat sine Arist. testimonio, quæratio indigeat Arist. testimonio, & non potius è contrà, dicebat multa in latinis Interpretibus inveniri; quæ Arist. ne per somnium quidem suspicatus est; Levissima obiectio (inquit Raguleus) est ne igitur hæc de causa eorum doctrina contentenda? nihil contra Arist. Latini dixerunt, sed multa disputando docuerunt, quæ pariter ipsemet Arist. docuisset, si essent propositis dubitationibus responderet eos dicitur, cepit Averroes peripateticam philosophiam propositis hinc inde dubitationibus, atque eorum solutionibus subtiliter reddere, non est hoc novam inducere philosophiam, sed iam traditam, communiterque receptam Arist. philosophiam diligentius expendere, subtiliusque examinare; neque spernendum est, ac tanquam a veritate alienum reiiciendum quicquid apud Arist. non invenitur, neque enim necesse est (inquit Raguleus) ut Arist. omnia dixerit, & inferius p. 5. eisdem disp. cap. 5. cum ajebat Cremoninus dicitur latinos ultimas rerum differentias nobis incognitas esse, vix tamen locum ullum in Arist. ab eisdem asseri, ubi ad scriptum sit; occurrit Raguleus, hæc nihil hæc de re Aristot. scripsisse, fallæ ne igitur idè erit ejusmodi propositio? non ergo quælibet propositio indiget Aristot. testimonio in sui comprobationem, & si nullam Arist. dixisset animam rationalem esse formam immaterialem, compositam a suis causis intrinsecis ipsum essentialiter constitutivum dependere, adhuc sunt vera, cum eas fudat manifesta ratio, propositio nesitæ, & confirmat; quo sunt Auctores quid de re philosophica doctissimè scripserunt tam veteres, quam Recentiores abique ullo Aristot. testimonio solis rationibus asserere sua probantes? legatur Rabion. in quatuor font. lib. quem Ferchius ipse pagin. 279. lib. Defens. appellat famigeratum Doctorem, & nulli dubium est de rebus philosophicis; ac Metaphysicis acutissimè scripsisse, eam tamen nunquam, aut rarissimè latènt Aristotelem producere, legantur Scriptores hujus ætatis Societatis seculi, & numero, & eruditione gravissimi rarissimè quoque Arist. citantes, & de eius auctoritate parum curantes, nunquid ob id erunt illi ex alio Philosophorum expungendi? quænam vero, cur velint quidam Peripatetici non nisi ex Arist. textu argumentari, & responseri debere, perbellè edidit Raguleus loc. jam cit. disp. 15. præf. par. 1. cap. 2. quia si semel ex Aristot. textibus historia extrahantur, & rationibus perstringantur, statim animo concidunt, & languent; ut pisces extra elementum aque, necientes quid probare, vel recitare, nisi ex Arist. placito sine ulla ratione; hoc tamen non dico, ut Arist. auctoritas in Philosophia debeat omnino contemni, nam ut dixi epist. ad lectorem in prima editione Romæa tom. Physicæ, extrema vitæ sunt non velle recipere, & approbare, nisi ex Arist. auctoritate, aut hæc omnia despicere, tanquam si esset vulgaris quidam Philosophus, sed ut teneatur quidem Arist. auctoritas, non ita tamen, ut ex eo sit illi præferenda; teneatur itaque Aristot. dida, præsertim quæ ratione probat, nam ferè nihil sine ratione dixit, non tamen adeo tenetur in ejus juretur, ut quicquid ipse non dixit, saltem censeri debeat, si sufficienti ratione fuerit stabilitum; & hic erit ingenius philosophandi modus.

50 Præterea Ferchius loc. cit. nedum singularis voluit apparere in fatione formarum ex nihilo tuenda, sed etiam in vocabularum significato voluit a communi discedere, nam creatio communiter a Theologis, & Philosophis non feceritur a fatione ex nihilo, ut est videte 2. sent. d. 1. cum Magistro, & n. p. q. 45. art. 1. cum D. Thoma; unde passim definitur ab ipsis, quod sit productio totius entis ex nihilo; at ipse contra communem Theologorum, & Philosophorum contentat creationem proprie, ac theologice sumptam, nedum distingui a fatione ex nihilo, immo potius omnino ei opponi, quis est productio entis ex aliquo principio præsupposito, & interno ipsi producto, quod pluribus locis scripserat, & Patrum auctoritatibus stabilire conatur, ut statim reperam; nedum ergo de formarum fatione ex nihilo est hic eam præfato Auctore disputandum, sed etiam de ipsa nomine fationis ex nihilo, & creationis, quæ idem importare pugnantissime sonant, & quia quæstio de nomine semper quæstio de re præcedit ex 2. Poll. prius de nominibus creationis, & fationis ex nihilo disputationem instituemus, & postea de re ipsa inquiremus, nam formas materiales omnes fiant ex nihilo, vel potius ex materia, & quomodo; & quoniam tota hæc disceptatio plura continet puncta, quæ simul resolvendi nequeant, in plures articulos subdividitur, singula per ordinem dicendum; in hæc autem disputatione cum iplo non par pari rependam; quæ ad contentualitas, & convicia pertinent, quibus ubique faciet libellus ille tuus totus quantum est libentissimè pro Christi amore missa faciam, & juxta præceptum Apostoli vincere in malo non cogitar, sed vincere in bono malum, respondere doctrinæ, convitiis obmutescere.

ARTICULUS I.

An factio ex nihilo sit creatio, & è contrà.

1 Negat Ferchius lib. 1. Defens. pag. 17. num. 9. quia S. Augustinus to. 7. in lib. 1. contra Adversarianum Leges, & Prophetarum ex sacra Scriptura veteris, & novi testamenti ex professo quæsit significata istarum vocum *facere*, & *creare*, quoniam Adversarius ex istis duabus vocibus impugnat Deum Legis, &